This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

13446.

# AVLA HEROVM
## SIVE
# FASTI ROMANORVM

*Ab Vrbe Condita vsq; ad Ann. Dom. 1673.*

IN QVIBVS

OMNES ROMANÆ HISTORIÆ CONTINENTVR

*HIC ENIM*

Romanorum Reges, Conſules, Magiſtri Equitum, & Imperatores
Cum eorundem Triumphis, & Ouationibus, Principes Senatus,
Pontifices Maximi, & S. R. E. Cardinales, Vrbiſque Præſides,
Qui ſub nomine Senatoris Romę nunc reſident, dignoſcuntur.

AC DEMVM

*Monumenta quæ ſub Heroûm Imaginibus Patauij in dicta Aula, in qua modo Bibliotheca publica, & Academia Ricoueratorum Florent;*

*Iun. Canacius Nob. Patau. olim erexit, nuperque Thomas Herculanus Phil., & Theol. Patau. Canonicus Aquileiæ, & Bibliotheca Præfectus vetuſtate conſumpta reſtituit,*

*Clarioraque Vrbis, & Orbis facinora recenſentur.*

LIBRI QVATVOR.

*Authore*

## COMITIS IACOBI ZABARELLÆ

Magnæ Crucis Equitis S. Georgij, Magnique Prioris
Hieroſolymitani, & Ordinis Conſulis.

Patauij, Typis Petri Mariæ Framb. *Sup. Perm.* 1673.

221. e. 222.

OCT 1877
BODLEIANA

Reuerendiſsimo D. mihi in primis Colendo

# D. HORATIO MARIÆ BONFILIOLI

CONGREGATIONIS FAVENSIS
Presbitero digniſsimo
Fel.

MVltum intereſt, inquit Plinius, quo ſydere quodque animal oriatur: cum à Cælorum ſyderumque motu, & felice luminis aſpectu, quæcunque viuunt vegetantque eam ſortiantur temperiem, quæ perpetuitatem pollicetur rebus generabilibus, quantam natura prouidè fœnerare valet. Sic etiam conditores Vrbium, non niſi lætis auſpicijs fundamenta ſolent iacere, & quicunque egregia monumenta æternari cupiunt, ſub benigno Cælorum obtutu eadem contendunt auſpicari. Quamobrem cum ſub prælo meo deſudatum opus Illuſtriſs. Comitis Iacobi Zabarellæ tandem veniſſet ad vmbilicum, & iamiam feſtinaret ad lucem, vt fauſto ombre prodiret ac felicius perennaret, pulcherrimo huic operi nomen tuum præſcribere volui: Certus quidem ſub fe-

*lice tuo lumine, liuoris edacitatem, aut temporis, feliciter euitaturum. Eccui magis egregia ſcripta debentur quam ſummo ſcriptori, qualem te ſemper præſtitiſti, ſiquidem in opere tuo de terræ immobilitate relucet ingenij acumen, & religioſa veritas. Porrò hæc Heroum Aula, & Romanorum Faſti iure merito tibi conſecrandi, qui euoluere poteris familiæ faſtos tot Heroum gloria luculentiſsimos: hoc etiam nobiliſſimo Viro Iacobo Com. Zabarellæ gratiſsimum fore arbitror, qui tuum nomen nouit, & ingenium remotiſsimis in Plagis celebrari. Quamobrem opus hoc cedro dignum accuratum, eruditum tot ſeculorum & Heroum Mnemoſynon Læta fronte intuere; & obſeruantiam meam tibi omnibus nominibus conſecratam, debitumque, qua Soles humanitate, foue. Vale, tibi & rei litterariæ diù felix viue.*

Patauij v. Kal. Auguſti 1673.

*Nominis tui Religioſiſsimi*

Humillimus Cultor, & Clyens
Petrus Maria Frambotus.

Ad

*Ad Illustriss. & Eruditissimum Virum Dominum*

# COMITEM IACOBVM ZABARELLAM

Auferuncatâ obliuione FASTI ROMANORVM æuiterna lucis vsura
Fruantur
Sanctissima, & inuiolabili lege ab AVLA HEROVM. perpetuo
Segregentur Æsones
Dom. IACOBVS ZABARELLA
Imperij, & Credatij Comes, Argi Sparthæq; Marchio
Inter Optimates Constantiensis Angelicæ Aureatæ Militiæ Sancti Georgij
Magnæ Crucis Optimus Eques
Hierosolymæ Magnus Prior, & Ordinis Consul.
Ingenuæ Nobilitatis huiusce vindicias minime venditans vendicat.
Hic Clarissimorum Patauinæ Vrbis Magnatum fulgentissimũ sydus coruscat,
Illum Felsinei Senatus Proceres vetustissimum Ciuem à Nobilibus Sabatinis
Oriundum,
Propriæ Ciuitati Amplissimè Restituerunt,
Ipsi à Gente Cornelia Romana Originem trahenti,
Tamquam Æquitatis, Benemerentiæ, & Amoris pignus,
Quod suum est illi iure merito reddens
ROMA excolendum PATRITII nomen indixit;
Viro qui Vocem Virtutis vbique respergens,
De Thesauro ingenij sui Noua, & Vetera profert,
Cui tot, tantisque Luminibus claro
Ædificasset vsque adhuc fama Colossum
Non cum Domitiani, sed cum ipsamet Statua Solis pugnantem
Ni excelsius esset Posteros de Ipso vti de Marco Catone quærere
*Quam ob rem Eius Simulacrum non positum sit, quam cur positum sit.*
In hoc famigerati inter Philosophos Ercelionis Aui
*Iacobi Zabarellæ* renouatum Nomen conspicere, ac demirari
Vniuersus Orbis valebit;
Nec mirum
Dum ab *Francisco Zabarella* Iurium immortali decore, & fulcimine,
Multarumq; Eminentium Exedrarum nunquam interituro Iubare,
Scriptis præclaro, Typis sempiterno
Ortum ducens,
Cum Illo inglorium duxit æqualitet non renidere:
Cum Eminentiss. inquam FRANCISCO ZABARELLA. S.R.E.
Cardinale Amplissimo
Cuius Regalem Sacramque Purpuram
Aureos Saturni Secula renouantem Christianus vtiq; optimo Fato
Mundus

Mundus conſpexiſſet
Niſi fatis in Celeberrimo Conſtantiæ Concilio priuſquam par erat, celsiſſet
De Eruditiſsimo *Aula Heroum* Auctore Palladis Aſseclâ loquor
Cui nihil arduum fuit quicquid arduus Parnaſus,
Quicquid Muſagetes Apollo cum Muſis elargitur, obtinere,
Nec non ad commodum Poſteritatis Impreſſionibus illuſtrare;
De *Faſtorum Romanorum* Scriptore verba facio
Qui in pulcriori literatura adeo micat
Vt clariſsimi ſui excellentia ſtyli
Haud tralatitium gloriæ ſplendorem conclamaris Vniuerſi Academijs
Proprio nomine impartiens
Sapientiæ Prodigium, Italiæ Gemma,
Equitum gloria, Europei Cœli præpotens Aſtrum ſuſpici mereatur:
Quem ſcientiarum fulgore, Literariæ Reipublicæ toti ſpectabilem,
Vt pote alterum Conſulatibus Matellum, Triumphis Marium,
Victorijs Scipionem, Eloquentia Neſtorem
Inclyta Gelatorum Academia
(Inſigniores tantum atq; ſingularis iuditij Viros ad Trutinam reuocans
Dignioreſque Seligens
Suo præſtanti ſodalitio adoptans)
Diu optauit in Conſortem
Nuperrime plenis votis aſciuit in Comparem;
Coacademici ſummè Venerabilis,
Omniq; Virtutum genere inſigniti
Ne in abſolutis deſcribendis rationibus areſcat atramentum
Cæſar Zoppius Bononienſis
Deuotum Calamum ſiſtit,
*Aulamq; Heroum*, & *Faſtorum Romanorum*,
In tanto Heroe Co: Iacobo Zabarella veneratur.

Noi

# Noi Reformatori dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquiſitore di Padoua, nell'Opera intitolata *Aula Heroum* del Co: Giacomo Zabarella non eſſerui coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo licenza alli Frambotti di poterlo ſtampare, oſſeruando gl'ordini, &c.

Dat. à 11. Feb. 1665.

(Andrea Contarini Cau. Proc. Ref.
(Andrea Piſani Proc. Ref.
(

*Angelo Nicoloſi Secr.*

AVLA

# INTRODVCTIO
## Pro Lectorum Inſtructione.

*Arrarienſes olim Patauÿ aliarumq; Ciuitatum & locorum Principes longè clariſſimi inter alia atria magna, & inſignia Regiam ſuam in patria habebant in Curia apud Nobilium plateam, qua tunc ipſorum, & modo Prafectitia vocatur. Locus iſte valde inſignis, & capax intus continet Palatia Excellentiſſimi Prafecti Vrbis, Illuſtriſſimorum Quaſtorum, Collectralis militia, aliorumq; quamplurimorum nobilium & popularium, ita quod ibidem 200. & plures inhabitent. Diuerſa ideo ibi pulchra Aula exiſtunt, ſed pra cateris vna fulget, & ſpectatiſſima eminet. Hanc ferè dirutam atque collapſam Hieronymus Cornelius Patauÿ Prafectus, & Georgÿ D. Marci Procur. & Equitis filius, ac Senator ampliſſimus à ſolo redintegrauit, ac accerſitis ad ſe Viris praclaris Ioanne Canaccio, & Alexandro Baſſiano Patauinis Ciuibus virtute & nobilitate praſtantibus, ipſorum opera Aulam ipſam illuſtranis pulcherrimis imaginibus, & Iconibus, ac hiſtoricis tabellis Regum, Conſulum, Dictatorum, & Imperatorum Romanorum, aliorumq; virorũ virtute praſtantium à Titiano, Gualtherio, Campaniola, Stephano ab Aggere, & alÿs ipſius evi claris pictoribus confectis; vbi Ioannes Canaccius ſub quolibet illorum elogia compoſuit, Baſſianus tabellas fieri docuit, & Franciſcus Maurus in pariete inſcripſit pulcherrimo charactere anno Domini 1540.*

*Per nonnulla lustra hac Aula culta mansit, sed inde posterorum incuria, & negligentia detrimentum magnum passa est, ita quod ipsius elegantia vix dignosci poterat: Quod inspiciens Hieronymus Capellus etiam amplissimus Senator, & tunc Patauij Praefectus proprijs virtutibus motus maxima diligentia in pristinum nitorem eandem Aulam restitui curauit An. Dom. 1612.*

*Attamen nec diù mansit locus iste in ipso insigni statu, sed conuersus ad scenicos lusus, ad publicas choreas, saltationes, militum descriptiones, & ad alia loci illius indecentia, iterum diruta, deuastata, & ferè ad turpitudinem hac insignis Aula redacta est.*

*Patauina Ciuitas etsi abbundans omnium rerum praestantia, carebat tamen tunc temporis publicis libris, publicaque Bibliotheca ad sui Gymnasij commodum, quod inspiciens Felix Osius Oratoria artis publ. professor, Eccell. Viro D. Dominico Molino Senatori Veneto, III. Viro Literario, siue Gymnasij Patauini Moderatori de hoc verba fecit, rogans eum ut sua auctoritate publica indigentia subueniat; nec frustra, erat enim Molinus non tantum Senator amplissimus, & doctissimus verum etiam Literarum Ocellus & illorum Mæcenas temporum, quare domi sua Bibliothecam libris ditissimam confecerat, & ideo libentissime prouinciam assumens, occasionem amplexus est exaltandi Gymnasium Patauinum, quare ipso instante S. C. a Ser. Princ. sancitum est, Bibliothecam publicam ad Gymnasij, studentiumque commodum Patauij aperiendam esse; Cui Felix Osius praesse debeat A. D. 1629. De loco prius dubium fuit, alij prope Gymnasium, alij in Vico S. Crucis in Palatio Nobilium de Priolis, alij in Scholis publicis, & alij in adibus dominorum Comitum Collalti apud S. Laurentij Pontem. Locus tandem selectus est in Monasterio olim R. R. Patrum Iesuitarum, tunc ob eorum absentiam vacuo apud Pontem Curuum. Quare ibidem positis tabulis, scriptorijs, & subselliis Bibliothecam illam fieri incaptum est.*

*In primis, libros in magno numero Gymnasio publico A Barthol. Siluatico I. C. Clarissimo Equite, & Sereniss. Reip. a Consiliis,*

lijs, ultimo suo testamento relictos, a Benedicto ipsius nepote Medico insigni & Equite consignatos illic collocarunt. Sed superueniente tunc Patauij Epidemia languore, Osius occubuit prout & tot alij Gymnasij Lectores: quare Bibliotheca elanguit, clausisque ianuis ignota diù mansit.

Ciuitate Patauina demum Dei auxilio illo lethali morbo liberata Aloysius Valaresso Eques, Vrbis Praefectus, ac Senator praestantissimus, indeque Diui Marci Procur. Bibliothecam ipsam in Cenaculum Praefectitium, & in supradictam Heroum Aulam amplissimam transferri optimum fore putauit. Locus enim iste ut supra diximus ob picturas Magnas Heroum Aula Heroum & vulgo il Salone de i Giganti dicebatur. Ibidem igitur paratis nouis subsellijs & in maiori quantitate pro collocandis antiquis libris non tantum, verum etiam alijs à Caesare Cremonino Philosopho satis noto & Gymnasij Patauini publ. Professore relictis & editis, & manuscriptis; Huc translati etiam fuerunt Bartholomai Soueri Mathematicae disciplinae Lectoris celeberrimi libri pariter manuscripti. Quibus additi sunt tot alij, nam Co. Iacobus Caimus Vtinensis I.V.D. & Primarius Iur. Ciuil. in Patauino Lyceo interpres Bibliothecam Patrui sui Pompeij Caimi Medicinae in hoc Gymnasio Professoris dono dedit. Cura huius magnae Bibliothecae Alexandro Synclitico Nobili Cyprio I.C. & Legum Primario Professori commendata fuit, addito ipsi Custodis titulo Paulo Frambotto Bibliopola Patauino. Sed cum ille studiorum occupatione, senectute longoque tractu domus à Praefecti Curia, detineretur vix bis in anno locum inuisere potuit; Ita locus iste semper clausus frustra erectus apparebat, aliorumque commodo inutilis. Anno itaque 1643. Synclitico defuncto caeteris flagitantibus postpositis, Viris claris, Octauio Ferrario Nobili Mediolanensi Equiti, & literarum humanarum in Gymnasio Professori celeberrimo oblatus est, cuius diligentia maximum augmentum assecutus, ipsius intuitu alij etiam sponte libros quamplurimos publico commodo Bibliothecae contulerunt, inter quos Co. Iacobus Zabarella huius operis auctor Serenissimi Principi & Patauino Gymnasio librorum seriem manu-

ſcriptorum quantitate & qualitate inſignem largitus eſt; in qua ſunt præ cæteris opera Franc. Cardin., Bartol. Archiepiſc. Florent., Pauli Archiepiſc. Parienſis, Co. Iacobi Philoſoph., & aliorum de familia Zabarellæ, necnon Co: Horatij Sabatini nob. Bonon. aliorumq; hodierni ſæculi, ultra libros antiquorum auctorum, ex quibus ea nonnulli in membranis auro, & picturis pulcherrimis decorati conſpiciuntur, multi valoris.

Decretum etiam fuit ex S.C. quod in conſeruationem & augmentum Bibliothecæ, quilibet laurea candidatus, & præterea quilibet in collegium Venetum recipiendus duos coronatos argenteos eidem Bibliothecæ ſoluere debeat: Profeſſoresq; recens accitis, aut in aliam Cathedram translati, honorarij decimam in vſum eiuſdem tradant.

Manſit itaque ſic hæc inſignis Bibliotheca ab anno 1643 vſque ad annum 1662. ſub tutela & directione ipſius doctiſſimi Viri D. Octauij Ferrarij Equitis, qui tandem ob onus lectura, & ob alia vrgentia impedimenta ipſum remouit. Tunc enim Excellentiſſ. Triumviri Lucrarij Venetiarum, Senatores ampliſſimi, Moderatores, ſeu vulgo Reformatores Gymnaſij Patauini nuncupati; cupientes Bibliothecam hanc diligenter cuſtodiendam, ac ampliandam fore; omnibus hoc erudito Viro Thomæ Herculano Philoſophiæ, ac Theologiæ Doctori Patauino, Canonico Aquileienſi, humanarum literarum perito commendatam ſanxerunt, ſub Bibliothecæ Præfecti nomine: quare hic vir conſpicuus ſua virtutis præſtantia, diligentia, ac laboribus eximijs Bibliothecam ipſam ad priſtinam celſitudinem redegit, picturas ac imagines Heroum ad antiquum nitorem reſtituit, & denique elogia monumentaque ferè deperdita redintegrauit, quare locus iſte modo celeberrimus, ac præ cæteris præſtantiſſimus Patauij habetur; tribus; diebus in hebdomada vnicuique diſcendi cupido patet.

His elogijs itaque dubio procul tota fere hiſtoria Romanæ Vrbis a quibuſcumque modico tempore, & ſumma breuitate percipi poteſt. Attamen vt vnuſquiſque omnia diſcere poſſit, & clariora Vrbis, & Orbis facta adipiſci valeat; obſeruare debet, quod

in

in hac Aula duplex est ordo, vnus Regum & Imperatorum Romæ, qui singuli in quolibet loculo seu adicula existunt, alter est Consulum & Dictatorum, qui bini, & terni in quolibet loco videntur, prout singuli in singulo sunt Heroes Patauini nonnulli, vt in sequenti pagina conspicitur.

Qui autem Romanorum historiam discere cupit; Legat in primis elogia Regum, inde Consulum & Dictatorum, ac demum Imperatorum ordine infrascripto cum addictionibus; & animaduersionibus à me secundum tempora seruato ordine descriptis.

Discent igitur lectores primum Vrbis originem, inde Reges, Consules, Tribunos Militum Consulari potestate, Dictatores, Magistros Equitum, Principes Senatus, Pontifices Maximos, Ouationes & Triumphos; & demum Imperatores & Cæsares vsque ad hæc tempora. Constantinus autem Magnus Christi fide accepta Vrbem Siluestro Papæ reliquit, & Bysantio restaurato illi nomen proprium tribuit, quare Constantinopolis idest Constantini Ciuitas appellata ac Roma noua ipsa fuit, prout & Vrbs Roma antiqua seu vetus dicta inde fuit. In Orientem itaque Magnus Constantinus sedem suam transtulit, Senatum Romanum atque Consulatum, quare cum bini Consules annuatim eligi deberent, vnus Romæ, idest antiquæ qui Occidentis, & alter Constantinopoli idest Romæ nouæ, qui & Orientis Consul dici deberet, & vbiq; Senatus Romanus habebatur. Post Constantini mortem Romanum Imperium à filijs diuisum fuit, & ita posteri ipsum habuerunt, ita quod fere inde semper fuerunt duo Imperatores, vnus qui Orientis, alter qui Occidentis vocabatur, primus Constantinopoli, alter Romæ primum, & inde Rauennæ sedem habuit, & hoc vsque ad Augustulum qui obiit A.D. 477. quo anno Imperium Occidentis defecit, Et Imperialis Maiestas in Oriente tantum vigebat vsque ad annum 800. Tunc enim Occidentale Imperium restitutum est; nam Romæ die 25. Decembris Anni 800. die D. N. I. C. natali consacrato, Carolus Magnus Francorum Rex à S. P. Q. R. Imp. Roman. creatus & declaratus, ac a Leone 3. Pontifice Maximo consecratus fuit. Qui idcirco in Germaniã sedẽ Occidentalis Imperii transtulit, quæ adhuc

Ra-

Ratisbona ſeruatur, & permanet. Romana uero Vrbis Dominiũ atq; Imperium Summi Pontifices a Conſtantino Primo, inde à Carolo Magno & à Lodouico Pio ipſius filio obtinuerunt, poſteaque tenuerunt, & adhuc ſeruãt, cum diuerſis Officiis & Magiſtratibus variis nominibus appellatis, omnium tamen inſignior, & qui adhuc viget, fuit eſtque Senatus Praſes, cui Senatoris nomen impoſitum eſt, quaſi Romani Senatus Princeps, ſed per antonomaſiam Senator tantum uſque adhuc appellatur. Senator hic olim à S. P. & R. eligebatur, modo autem hac electio ad Summum Pontificem ſpectat, qui ſolus Dominus Vrbis & Eccleſiaſtici ſtatus exiſtit. His autem Senatus fuit olim tanta auctoritatis, & tam conſpecuus, quod non tantum Reges Proceres, ac tot magni Praſules, verum etiam Cardinales & Pontifices Maximi prout & ex exteris tot Reges, & Imperatores hanc Senatoris dignitatem ſibi aſſumere, hacque inſignirs gauiſi ſunt. Senator autem adhuc eligitur annuatim ad libitum Summi Pontificis, & per alios annos permanet, ac in Capitolio Regiam habet, veſtibus eximiis indutus, tanquam ut Prætor aliarum Ciuitatum Vrbi præeſt, & vna cum Vrbis Conſeruatoribus Pontifici inſeruit, exititque aſſociatus, ipſe enim Imperatori, & Principatui; Conſeruatores verò Conſulibus & Reipublicæ aſſimilantur, qui ex maioribus Vrbis nobilibus fiunt, ipſi quoque in Capitolio palatium ſedemque habent, ibiq; enim & Senator & ipſius dicunt; ſed quia opus hoc intuitu elogiorum Ioannis Cancciii componere decreui, quæ ſub Heroum imaginibus leguntur, temporibus propriis in quibus ipſi Heroes floruere ut antea dixi, vnumquodque elogium editum proponam.

ORDO

# RDO HEROVM

*ue poſiti ſumma Aula ſuiſque Ædiculis.*


:i Romæ. n.1
Coſſus Coſ.P.M. 2
Marcellus Coſ. 3
lius Rex 2. 4
us Coſ. 5
ublicola Coſ. 6
lius Rex 3. 7
Coruus Dict. 8
Torquatus Dict. 9
is Rex 4. 10
Priſcus Rex V. 11
Cincinnatus Dict. 12
Coſul. 13
Rex 6. 14
urſor Dict. 15
Coſul. 16
ſar Imp. 1. 17
aximus Rullianus. 18
axim. Veruc. Dict. 19
ſtus Imp. 2. 20
abarella Card. 21
Pedianus Pat. 22
nus Imp. 10. 23
oſ. VII. 24
Dux Clar. 25
ſianus Imp. 11. 26
M. Curius Dentatus Coſ. 27
M. Furius Camillus Dict. 28
Traianus Imperat. 14. 29
C. Claudius Nero Coſ. 30
T. Quinct. Flaminius Coſ. 31
Antoninus Pius Imp. 16. 32
Cato Philoſophus Prætor. 33
Cato Cenſorinus Coſ. 34
M. Aurelius Philoſoph. Imp. 17. 35
P. Corn. Scipio Æmil. Coſ. 36
P. Cornelius Scipio Afric. Coſ. 37
Conſtantinus Magnus Imp. 38
Pompeius Magnus Coſ. 39
L. Cornelius Sylla Dict. 40
L. Licinius Lucullus Coſ. 41
Theodoſius Magnus Imp. 42
M. Brutus Coſ. 43
M. Atilius Regulus Coſ. 44
M. Tullius Cicero Coſ. 45
Carolus Magnus Imperat. 46
Franciſcus Petrarcha. 47
L. Arruntius Stella Coſ. 48
C. Valerius Flaccus Pat. 49
Lombardus à Serico. 50
Simon Contarenus S. V. 51
Antonius Grimanus S. V. 52

Tempora digereret cùm conditor Vrbis in anno,
Inſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo.
S.O.N.D.M.A.M.I.Q.S.
Martis erat primus menſis, Veneriſque ſecundus,
Hæc generis Princeps, ipſius ille Pater;
Tertius à Senibus, juvenum de nomine quartus,
Quæ ſequitur numero turba vocata fuit.

Inſtis Romanis apud Hubertum Goltzium de ipſo ita ſcriptum legitur.

*Roma a Romulo condi cœpta eſt Ann. iiij. Olymp. vi. ex a.d. xi. Kal. Maij. Iſque dies Natalis Vrbis, Parilia appellatus eſt.*

*ROMVLVS Siluius qui poſtea Quirinus appell. eſt Rex Primus. Regnauit Ann. xxxvij. Menſ. ij. Dies xviij.*

*Idemque primus ſacra, legeſque dedit, Senatus, & Equitum Ordines legit Plebeisque Curias aſſignauit*

*Ann. iv. Sabinas raptas, bellumque primum Sabinum exortum eſt.*

*Ann. eod. Rom. Rex triumphum egit primum de Cenninenſibus, Cruſtuminis, & Antemnatibus; Iſque primus Spolia Opima Ioui retulit Acrone hoſtium Cenninenſium rege interfecto.*

*An. viij. T. Tatius à Romulo in regni conſortem accitus eſt, iſque poſtquam cum Romulo regnaſſet Annos v. occiſus eſt.*

*An. xxxvij. Romulus Siluius Rex è medio ſublatus in Deorum numero adſcriptus, & Quirinus appellatus eſt.*

Romulus itaque Roma condita, & à ſe nuncupata, vt habitantium numerus creſceret Aſylum aperuit, vbi fugientes omnes tuti manere poſſent: eorum Patres, ſeu Senatores elegit, a quibus eorum conſeſſus Senatus, & ordo Patritij dicti fuerunt. Neptuno Equeſtri Conſuales ludos conſtituit, in quos Sabinæ concurrentes à Romuliſtis raptæ, & in coniuges ſibi adiunxerunt: pace poſt acre bellum medio ipſarum inita, Titus Tatius Rex Sabinus Romuli conſocius regni factus eſt. Sabini Romam ingreſſi, & cum ſuis colonis conciues creati à Quire Sabinorum urbe omnes Quirites appellati fuere; ſed quia omnia bona ab illis mulieribus euenere: hoc eorum ſigne facinus libris, marmoribus, & numiſmatibus impreſſum cernitur. Curiæ autem 30. a triginta clarioribus matronis Sabinis nomen accepere. Fecit inde Romulus pro ſua cuſtodia tempore belli, atque pacis trecentos milites, quos celeres à celeritate præſtanda vocari voluit, à quibus Ordo equeſtris ortum habuit, prout à mille peditibus pariter electis, milites, & militiæ dicti ſunt. Cum autem Romulus deceſſiſſet, Iulius Proculus teſtatus eſt populo ipſum vidiſſe ad ſuperos euolare, quare inter Deos ipſum retulerunt, Quirinum appellatum. Quo mortuo per annum Rex defuit, ideo faſtis legitur apud Hubertum Golzium ita

*Anno xxxix. Interregnum viciſſim apud Patres fuit.*

& apud Honuphrium Panuinum hoc modo.

*Interreges Interregnarunt Annum vnum.*

Magiſtratus iſte erat dierũ quinq; pro quoq; Interrege, Anno vero tranſacto Numa Pompilius Sabinus Rex Romæ II. creatus fuit vt in Aula præd. N.4

*NVMA POMPILIVS REX ROMAE II.* num.4.

NVMA POMPILIVS prudentiſſimus vir, ſi quiſquam alius eâ ætate, omnis humani, ac divini iuris: Poſt Romulum, quià cum eo nemo, nec civis, nec peregrinus conferri potuit, in regem Romanum curribus Sabinorum accitus, ſicut Romulus augurato in vrbe condendâ regnum adeptus eſt. A bello ad religionem Deorum animum populi Romani, ſimulato, quo faciliùs ſuaderet, quæ vellet, cum Deâ Aegeriâ nocturno congreſſu, convertit. Ianum ad infimum Argiletum indicem pacis, bellique fecit. Annum ad curſum Lunę in duodecim menſes deſcripſit, Sacra inſtituit, ritus ſacrorum docuit, Sacerdotes ſuos cuique Deorum prę̨fecit, Pontificem legit, eiuſque ſcitis ſacra omnia publica, privataque ſubiecit, vt eſſet quo de omni divino jure conſultum Plebs veniret. Solemne Fidei inſtituit, ad idque ſacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi, manuque ad digitos vſquè involutâ rem divinam facere juſsit, vt ſignificarent fidem tutandam, eiuſque ſedem etiam in dextris ſacratam eſſe. Tutela per omne regni tempus, haud minor pacis, quam belli, omnium eius operum maximum fuit; Quibus omnibus ea pietate cunctorum

ctorum pectora imbuerat, vt fides, & jusjurandum, propulso legum, & pœnarum metu civitatem regerent, in eamq; verecundiam finitimos adduxerat, vt qui ante castra vrbem positam in medio ad solicitandam omniũ pacem crediderant, eam violari sub tali Rege nefas existimarent. Is tres, & quadraginta regnavit annos.

Fastis Huberti Goltzij ita legitur.

*Anno xxxix. ab Vrbe condita Numa Pompilius Pomponij f. Sabinus Populi iußu, & patrum Auctoritate regnauit An. xliij. Idem sacra & leges promulgauit, Ceremonias, atq; omem Deorum cultum populum docuit. Annum in menses xij. Diuisit, quos dies fastos, alios nefastos esse iussit. Pontifices, Augures, Flamines, Salios, Virgines Vestales primus Creauit, aliosque sacros ordines per collegia distribuit.*

*Ann. xlij. Numa Pompilius Pomponi f. Sabinus Rex ij. Pace Populo Romano parta primus Ianum clausit.*

*Ann. xliv. Aneus Marcius M. F. Pontifex Maximus Primus. A Numa Pompilio Rege creatus fuit*

Stemma Regis Numæ hic exhibetur.

*Numa Pompilius Pomponi F. Sabinus.*

| *Pompon. a quo* | *Pinus a quo* | *Pompilia Vx.* | *Calpus a quo* | *Mamerc. a quo* |
|---|---|---|---|---|
| | | *Numæ Martij* | | |
| *Pomponia Gens* | *Penaria Gens* | | *Calpurnia Gens* | *Aemilia Gens.* |

Post mortem Numæ Pompilij Regis II. Tull. Hostilius Sabinus Rex III. Romæ creatus est, de quo in dicta Aula Heroum num. 7. legitur.

## *TVLLVS HOSTILIVS III. ROMANORVM REX.* n. 7.

TVLLVS HOSTILIVS, Hostilij Nepos, post Numam populi jussu, authoritate patrum Rex, non solùm pro-

proximo Regi dissimilis, sed ferocior etiam Romulo fuit. Albanos bello appetitos trigeminorum pugnâ vicit, & victori ex fœdere parere coegit. Vulgi deindè invidiam quùm Metius Sufetius Dux Albanorum declinare cuperet, quòd solo tergeminorum certamini fortunam publicam commisisset, pacto transitionis suorum, Fidenates, Vejentesque ad bellum Romanis inferendum incitavit, cui cùm parùm proditio cessisset, Tulli jussu duabus admotis quadrigis, in currus earum distentus alligatur, & in diversa concitatis equis, qua inhęserant vinculis membra relinquens pœnas dedit. Albâ dirutâ, Albani in Civitatem accepti. Ab eodem Rege Sabini devicti, curiæ factæ, leges datæ. Longinquo morbo implicitus, cùm non ritè Iovis Elicij inijsset, curasseteque sacrum, fulmine ictus, cum domo conflagravit. Duos, & triginta regnavit annos.

In Fastis Goltzij hæc leguntur.

*An. ab V. C. xxcii. Tullus Hostilius Host. f. Host. N. Rex III. Populi Iussu & Patrum auctoritate regnauit Ann. xxxij. Idemque disciplinam militarem formauit, & Vrbis pomerium produxit.*

*An. xxcv. Bellum Albanum, & tergeminorum pugna; triumphum egit de Albanis A. cx. de Fidenatibus An. xciii. de Sabineis. Ann. xciij. fulmine ictus incendio assumptus est.*

Bello Albano Cloelio rege defuncto Metius Sufetius Dictator creatus Albæ fuit, inter quem & Regem Romanorum singulare certamen ordinatum est, erant tergimini fratres Horatij Romani, totidemque Curiatij Albani; hos statuerunt Reges inter se pro patria dimicare, pacto quod vbi victoria ibi Imperium fore debeat. In pugna aut primo concursu Curiatij omnes male vulnerati, ex Horatijs vero duo extincti extiterunt; tertius vero incolumis euasit, qui illos segregatos vnum post alium interfecit. Quare Albani sub Romanorum Imperio deuenere, sed quia citò defecerunt, Metius pœnam passus, & Alba diruta fuit post Annos 400. iuæ fundationis, populus vero Romam traductus, & Primates inter Patritios lecti sunt, ex quibus scribit Liuius fuisse Tullios, Seruilios, Quinctios, Giganeos, Curiatios, & Cloelios, templum ordine ab se auctο Curiam fecit, quæ Hostilia dicta fuit; Equitum turmas, & nouas Legiones ex Albanis legit, & veteres perfecit, ipsius autem familiæ stemma hoc est videlicet,

Ho-

*Hoſtus à Romulo in Vrbem vocatus Erſiliam ipſius filiam Vxor. duxit.*

*Hoſtus II. Hoſtilius a Romulo Auunculo bulla aurea, & pratexta decoratus*

*Tullus Hoſtilius Rex Roma III. A xciij. ob. An. ob V. C. cxiij.*

Mortuo Tullo Hoſtilio Rege III. Creatus eſt Ancus Martius Rex IIII. de quo in Aula Heroum n. 10.

## ANCVS MARTIVS IV. ROMANORVM REX n. 10

ANcvs Martivs Numę Pompilij ex filiâ nepos, Iuſtitiâ, & Religione avo ſimilis, Cęremonias à Numâ inſtitutas inſtauravit. Ius indicendi belli aliquo ritu deſcripſit. Latinis victis, & in Civitatem acceptis montem Aventinum aſsignavit. Politorium vrbem Latinorum bello repetitam, quam priſci Latini occupaverant, evertit. Ianiculum ponte Sublicio vrbi conjunxit. Carcerem ad terrorem increſcentis audacię mediâ vrbe, foro imminente ędificavit. Fines imperij protulit. Oſtiam condidit. Regnavit quatuor, & viginti annos.

In Faſtis Huberti Goltzij de ipſo legitur.

*Ab V. C. cxiv. Ancus Martius Numa F. Numa N. Rex IV. Populi iuſſu, & Patrum Auctoritate regnauit Annos xxiv. Idemque Vrbem legibus adificavsq; adornauit, & Pomerium ampliauit.*

*An. cxvij. Bellum Latinum. Ancus Martius de Veientibus triumphauit, II. de Sabinis. An. cxxvi Oſtiam condidit. An. cxxxvij. mortuus eſt.*

Hinc

Hoc tempore Romani veteres Montem Palatinum habitabant, Sabini Ianiculum, Albani Cœlium, & Latini Primi ab Anco ſuperati Auentinum. Anci vero ſtemma hic exhibetur.

*Numa Martius Sabinus hortatus eſt Numam Pompilium ad Romæ regimen ſuſcipiendum, & cum ipſo Romam appulſus inter Patritios cooptatus, & inde Pontifex Maximus primus creatus fuit.*

*Numa Martius II. Præfectus Vrbes a Tullo Hoſtilio Rege creatus eſt Cuius vxor Pompilia Numa Regis filia.*

*Ancus Martius Rex Romæ iv. creatus A. V. C. cxxxvi. ſeptem bella geſſit, ac de Veientibus & Sabinis triumphauit.*

Quo mortuo Lucius Tarquinius Priſcus Rex Romæ V. creatus eſt, de quo in Aula Heroum ad num. II.

## *L. TARQVINIVS PRISCVS REX ROMAE V.* n. II.

L. Tarqvinivs Priscvs Advena, cui pileum Aquila è capite rapiens, in ſublimeq; attollens regnum futurum oſtendit: Quo ſuſcepto Apiolanos, Cruſtumenos, Nomentanos, Collatinos, Ferentinos, & ferè omnes Etruriæ populos bello domuit. De Sabinis, & priſcis Latinis triumphavit. Etruſcorum etiam Legati pacem petentes illi ornamenta imperialia vltrò obtulerunt, coronam auream, ſellam, & ſceptrum eburneum, habens in ſummo Aquilam, tunicam purpuream, cum ſignis aureis, ac duodecim ſecures. Aquæductus, Cloacas, Circum maximum ædificavit, ludos magnos inſtituit, murum lapideum vrbi circumdedit. Duodequadrageſimo fermè anno, ex quo regnare cœperat, Anci liberorum inſidijs regno, & vitâ exutus eſt.

In

In Faſtis Goltzij ita ſcriptum legitur.

*Anno ab V.C.xxxxiix.L.Tarquinius Damarati F. Qui poſtea Priſcus appel. eſt Rex V. Populi iuſſu & Patrum auctoritate regnauit Annos xxxvii. Idemque Senatus & Equeſtris ordinis numerum auxit, Imperij inſignia, atque ornamenta triumphalia ab Etruſcis vetulit; Circum maximum ex hoſtium manubijs fecit, Vrbem muro lapideo circumdari cæpit.*

*ACLVII. L. Tarquinius Rex V. triumphauit de Latinis, clviii.ii. de Etruſcis, & clx.iii. de Sabinis, clxxiiii. occiſus eſt.*

Ad ſolium Romanum elatus L. Tarquinius quamplurima egit præclara facinora, ben eficiaq; Reip. magna intulit; Sed præter cætera victis Latinis Ludos Romanos maximos appellatos inſtituit: ad tres Centurias ſcilicet Ramnenſem Tatienſem & Lucerem à Romulo, & T. Tatio inſtituras alias addidit, de Centurijs verò equitum nihil mutauit, ſed numerum auxit, vt 1800. equites eſſent in tribus centurijs; ſed qui additi fuerunt poſteriores ſub ijſdem nominibus appellati ſunt, quæ Centuriæ inde geminatæ ſex centurias vocarunt. Alios centum Patres elegit qui minorum gentium inde dicti fuere; De Latinis, Etruſcis, & Sabinis triumphauit, ac tandem ab Anci Marci filijs occiſus fuit, cuius ſtemma infra poſitum eſt; ipſo autem mortuo, Seruius Tullus gener ſuus Rex Romæ VI. creatus eſt, de quo in Aula Heroum ad num XV. legitur.

*SERVIVS TVLLIVS REX ROMAE VI.* num. 14.

SERVIO TVLLIO in domo Priſci Tarquinij educato flamma ignis caput lambendo omen regni fecit. Adoleſcens adhùc in bello Etruſco primus omniũ præmia fortitudinis accepit. Coronis victoriæ ornatus à Rege. Aſſumptus regnum vltimum vrbis ambitum abſolvit. Cenſum adhùc per Orbem terrarum incogni-

tum primus instituit, lustrum condidit, pondera, mensuras, annona constituit. Exercitum in classes, centuriasque divisum, tegumentis æreis armavit. Tribus ordinavit. Templum Dianæ celeberrimum in Aventino ædificavit, vbi bove mirandâ magnitudine, ac specie immolatâ, confessio publica facta est, caput rerum Romam esse. His, atque alijs insignibus editis, scelere Tarquinij Superbi extinctus est, cùm regnasset annos quatuor, & quadraginta, bono Regi successor similis, cui etiam ad gloriam accessit, quòd cum illo simul justa, ac legitima regna occiderunt.

In Fastis verò de ipso ita scriptum est

*Anno ab V.C.clxxv. Ser. Tullus Ser. F. Rex vi. Primus iniussu populi, & Sine Patrum auctoritate regnauit Annos xliiij. Idemque Vrbem in tribus diuisit, Ludos capitalicios condidit, censum instituit, & Lustrum primum fecit, pondera & mensuras ordinauit, aereum numum primus percussit, murum Vrbis a Prisco Rege inchoatum perfecit, & Pomerium protulit.*
*An. clxxix. Ser. Tullus triumphauit de Etruscis i. ii. & iij. vice.*
*An. clxxcvij. Ludi compilatitij primum facti, Censum egit, & Lustrum fecit primum, cxcj. Lustrum fecit j. cxcvij. Lustrum fecit iij. ccij. Lustrum fecit iiij. ccxiix. occisus fuit.*

Seruius Tullus Rex Romæ vi. censum instituit primum, & inuenti sunt lxxx. millia ciuium, qui arma ferre poterant, Vrbem in quinque classes diuisit, ipsamque ampliauit addens colles Quirinalem Veminalem, & Exquilinum, per annos xx. cum Etruscis bellum gessit, & iii. de ipsis triumphum egit, tandem à Tarquinio Superbo Genero suo occisus fuit, cuius stemma hoc est.

*Tullus Corniculanus in defensione patriæ à Tarquinio Prisco obsessa Pugnans occubuit relicta Ocrisia Vxore grauida, quam captam dictus Rex Romam duxit, & Tanaquili Vxori seu Caiæ Cecilia dono dedit.*

*Seruius Tullus ita dictus, quia in seruitute natus erat, Vxorem habuit Tarquiniam Tarquinij Prisci Regis filiam, quare inde fuit ipsius Genet & in regno successor; & sic Rex Romæ vi. regnauit Ann. 44. sed à Tarquinio Superbo ipsius genero occisus fuit.*

Tullia

*Tullia Maior Vxor Aruntis Tarquinij, quo fratris insidijs Occiso, nupsit Tarquinio Superbo ipsius cognato.*

*Tarquinia Minor Vx. Tarquinij Superbi, a quo fraude occisa fuit qui postea cognatam duxit Tarquiniam maiorem.*

Mortuo Rege Seruio Tullo Principe optimo, Tarquinius Superbus ipsius Gener dominium Romæ arripuit: sed quia per fidus extitit in Aula Heroum non recensetur, nec de ipso elogium aliquid legitur; attamen vt ordo seruari possit aliqua de ipso addam.

## L. TARQVINIVS SVPERBVS REX. VII.

L. Tarquinius superbus Rex Romæ vii. vt dixi inter Illustres Heroes in Aula prædicta non recensetur, nec de ipso effigies aut elogium extat, & hoc propter ipsius demerita & iniquitatem; In fastis vero de ipso legitur.

*An. ab V.C. ccxix. L. Tarquinius L.F. Damarati N. Qui postea Superbus app. est Rex vij. Iniussu populi, & sine patrum auctoritate regnauit Ann. xxv. Idemque ex hostium manubijs templum Ioui Opt. Max. in Capitolio condidit & fereas Latinas instituit.*

*An. ccxxij. L. Tarquinius Superbus triumphum egit de Volscis ij. & de Sabinis*

C. Papirius L.F. Pont. Max. Anno V. C. ccxl.

*Ann. ccxliij. Capitolium conditum, & eodem anno, Tarquinius Superbus Vrbe & regno exactus est, populiq; Romani Libertas adsecta Qui dies Regifugium appellatus est.*
*Eodem anno Consules primum creari cœptum est.*

L. Tarquinius Superbus Socero interfecto regnum arripuit, & absque patrum & populi auctoritate omnia per se solus ipse agebat, ex patribus quã plurimos necari iussit, nec alios addidit, imo inuicto Senatu omnia turpiter agebat, & vt vires suas augeret filiam Octauio Mamilio Latinorum Princi-

pi nupſit, quare inter Latinorum proceres magna Tarquinij auctoritas facta eſt, attamen Turnus Herdonius in Latinorum concilio illius prauum animum cognoſcens aduerſus ipſum plura dixit, quę ad Tarquinium relata, magna fraude ipſi mortem contulit; Inde Volſis bellum mouit, Sueſſamque Pomeriam eisdem vi adimit; dum autem Gabios abſcideret putãs in vanum laborare, dolo à ſe Sextum filium dimiſit, qui a Gabijs receptus, maxima perfidia ipſis deceptis vrbem Patri tradidit. Templum Iouis in Monte Tarpeio conſtrui curauit, ſed dum fundamenta fodiebantur, caput humanũ integrum inuentum eſt, quare vaticinio prædictum fuit, ibi Orbis Imperium eſſe futurum. Rutulis autem bello inito, dum Ardeam obſcideret, Sextus filius Romam noctu reuerſus eſt, & Caſtæ Lucretiæ infame ſtuprum intulit, quæ Tarquinij Collatini Vxor erat. Quare viro narrata, mortem ſibi conſciuit; & ideo vrbs tota commota eſt.

L. Iunius Brutus Magiſter Celerum forte erat, & Spurius Lucretius Trieipitinus Lucretiæ Pater Vrbis Præfectus, à Tarquinio Rege olim creati; Quũ populo ſubleuato eorum auctoritate exilium Regi filijſque datum eſt; In Faſtis itaque ſic legitur.

*Eod. Anno ab V.C. ccxliiij. ex ad Kal. Maij L. Tarquinius L. F. Damarati N. Super. Rex vii. Vrbe & regno exactus eſt, Populiq; Romani Libertas adſecta Qui dies Regifugium appellatus eſt. Tarquinia gentis ſtemma hoc eſt.*

Damaratus Corinthius in Vrbe Tarquinia fortunas ſuas conſtituit.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Arunt obijt ante patrem | Lucumo inde L. Tarquinius Priscus Rex Romæ v. Vxor Cata Cecilia dicta Tanaquil. mulier Clariſs. | | |
| Arunt 2. d. Egerius a Patre prę teritus & bonis priuatus | Tarquinia Vxor Ser. Tull. Reg. vi. | L. Tarquinius Fortis obijt ante patrem | Tarq. II. Vxor. M. Iun. Sen. Ro. |
| Aruns ij Collatinus quia fuit Collatię Præfectus | Aruns Tarqu. à fratre occiſus | L. Tarqu. ſuperb. Rex vii. & vltimus expulſus 244. | L. Iunius Brut. Coſ i. Ro. 244. |
| L. Tarquin. Collatinus Lucretiã vx. ſtuprata | L. Tarq. occiſus In bello Latino. | Sextus Tarq. Stuprat. Lucr. | Aruns Tarq. L. Brutt. occi. | Tarqui. Vxor Octauii Mam. |

Exactis Tarquinio Rege & filjs Libertatem, & nomen Reipublicæ Vrbs Romæ acquiſiuit, quare in Faſtis ita legitur.

*Anno ab V.C. ccxliiij. Reipublicæ & Libertatis Romanæ initium Eodem anno Conſules Primum creari cepti ſunt.*

L. Iunius m. f. Brutus; poſtea quam ſibi collegam ſubrogaſſet in prælio occiſus eſt, & in eius locũ factus eſt.

L. Tarquinius collatinus coactus à collega abdicauit, & in eius locum factus eſt.

Sp.

). Lucretius Tricipitinus in mag. mort, eſt & in eius locum fact. eſt.
P. Valerius Voluſi F. Qui in hoc honore Poplicola appellatus eſt.
[. Horatius Puluillus.
De Veient. & Tarquin. triumphauit.

Iunia gens cui Brutus fuit cognomen a Iunio Comite Æneæ teſte Dionio ortum duxit, ac in Vrbem cum Romulo migrauit, ſub regibus floruit vſque ad Iunium Brutum, qui Tarquiniam duxit filiam Regis Tarquinij Prici, ex qua Marcum & Lucium genuit, ipſe autem cum Marco filio à Rege Tarquinio ſuperbo occiſi ſunt.

L. Iunius Brutus ſummam prudentiam ſimulata ſtultitia texit. Inde proter vim Lucretię a Sexto Tarquinio Regis filio illatam, eundem Regem cum ota familia ex vrbe expulit, & libertatem Reip: Rom. Inſtituit, quam binis Conſulibus, & alijs magiſtratibus annuis legibus iudicijſque deuinxit. Deide (Liuio teſte) quo plus virium in Senatu frequentia cędibus regis diminuto, Patrum numerum primoribus equeſtris ordinis lectis ad tercentorum immam explicuit: traditum inde fertur vt in Senatum vocarentur, qui Patres *conſcripti* eſſent; Conſcriptos, videlicet in nouum Senatum lectos appellabant; Et cum quædam ſacra ab ipſis regibus fieri ſolebant Sacerdotem inſtituit ſub Regis Sacrificuli nomine, qui tamen ſub Pontificis maximi auctoritate eſſe, deberet. Ager Tarquiniorum, qui inter Vrbem & Tiberim erat conſecratus eſt Marti, ac inde Campus Martius appellatus fuit; Bellum pro patria cum Tarquinijs & Latinis geſſit, atque vt in elogio infraſcripto in acie ab Arunte filio Regis a ſe pariter interfecto occiſus fuit. In Aula Heroum prędicta eius effigies conſpicitur cum hoc elogio a doctiſſimo Viro Ioanne Cauacio conditum.



*L. IVN. BRVTVS I. ROMAN. CONSVL.* num. 5.

L. IVNIVS BRVTVS Tarquiniâ ſorore regis Tarquinij natus, ex induſtriâ factus ad imitationem ſtultitię, cum ſe, ſuaque prędę eſſe Regi fineret, Bruti quoquè haùd abnuit cognomen; vt ſub eius obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens aperiretur tempore ſuo. Is ab Tarquinijs ductus Delphos, ludibrium verius, quam Comes, aureum baculum incluſum corneo, per ambages effigiem ingenij ſui, donum Apollini tulit; Et quùm Tarquinijs ſciſcitantibus, ad quem eorum regnum Romanum eſſet venturum, vocem ex in-

fimo

ſimo ſpecu redditam ſciret: Imperium ſummum Romę habebit, qui veſtrum primus, ò Iuvenes oſculum matri tulerit, velut ſi prolapſus cecidiſſet, Terram ipſe oſculo contigit. Idem cultrum ex vulnere Lucretię extractum manantem cruore prę ſe tenens populum Romanum ad exigendos Reges concitavit, Patriamque dominatu regio liberavit. Ipſe cum L. Tarquinio Collatino Comitijs centuriatis à Pręfecto Vrbis Coſ. creatus eſt. Qui magiſtratus ſibi ſupplicij ſumendi miniſterium de liberis, qui cum Vitelijs, & Aquilijs, alijsque quibuſdam nobilibus adoleſcentibus de reducendis in Vrbem Tarquinijs, novâque libertate opprimendâ conjuraverant, impoſuit. Per omne verò tempus, quo nudi filij virgis cædebantur, ſecurique feriebantur, Bruti vultus, & os eius, eminente patrio animo inter publicæ pœnæ miniſterium ſpectaculo fuit. Vejentibus inde, & Tarquinienſibus ſocijs, dùm Tarquinij regnum repetunt, Brutus, & Aruns Tarquinij filius, infeſtis animis concurrentes, ambo transfixi hęrentes haſtis moribundi ex equis lapſi ſunt. Conſuli funus quantotum potuit apparatu factum: Sed multo majus morti decus publica fuit mœſtitia, eo ante omnia inſignis, quià matronæ annum, vt parentem eum luxerunt, quòd tàm acer vltor violatæ pudicitiæ fuiſſet.

Apud Brutti effigiem conſpicitur effigies P. Valerij Poplicolæ Patritij Romani & ipſius Brutti College in Conſulatu.





P. V. A.

*P. VALERIVS PVBLICOLA. Cos.* 244. num. 6.

P. Valerivs publica edens cognomẽ Publicolæ meruit. Legislator, quem Soloni Philosopho Plutarchus æquare non dubitavit. Primus è Consulibus Romanorum de hostibus victis quadrijugo currum vectus triumphum duxit. Domum suam in loco munito sitam, sed populo suspectam vnà nocte demolliri jussit, ab amicis hospitio receptus. Patrum numerum ampliavit. Aerarium condidit. Fasces à securibus sejunxit, populoque submisit. Cum diem obijsset pauper, publico funere elatus, annuo matronarum luctu honoratus est.

De hac gente opus Italica lingua edidi inscriptum GLI VALERII quare hic aliud addere nequeo; Hic verò P. Valerius Cos. extitit cum L. Iunio Bruto A. V. C. 244. II. cum T. Lucretio A. 245. III. cum M. Horatio A. 246. IIII. cum T. Lucretio II. A. 249.

Post hos Consules neminem inueniens ibi depictum, nullum aliud elogium Cincius conscripsit vsque ad T. Quinctium Cincinnatum de quo infra. Infastis autem leguntur nomina Consulum & Dictatorum annuatim prout hic scripta sunt secundum Goltzium.

245 P. Valerius Volusi F. Poplicola II. — T. Lucretius T. F. Tricipitinus
Lustrum fecerunt V.

246 P. Valerius Volusi f. Poplicola III. — M. Horatius Puluillus II.
Horat. Cocles solus Põtem defendit contra Etruscos. — Templum Iouis Capitolini dedicauit.

247 Sp. Latrius Platus. — T. Herminius Aquilinus.

248 M. Valerius Volusi f. Volusus Triumph. de Sabinis. — P. Postumius Q. F. Tubertus. Triumph. de Sabinis.

249 P. Valer. Volusi f. Poplicola IIII. Triumph. de Sabin. & Veientib. — T. Lucretius T. F. Tricipitinus II.

250 P. Postumius Q. f. Tubertus Ouans Primus de Sabinis — Agrippa Menenius C. f. Lanatus Triumph. de Sabinis.

251 Sp. Cassius Viscellinus Triumph. de Sabinis. — Opiter Virginius Tricostus.

252 Postumus Cominius Auruncus — T. Lartius Flaccus.
Lustrum fecerunt VI.

L. Lartius Flaucus Dictat.
Sp. Cassius Viscellin. Mag. Eq. } Rei Gerundæ Causa.

253 Ser. Sulpitius P. f. Camarinus — M. Tullius Longus.

254

254 P. Vetruius Geminus — T. Æbutius T. F. Helua.
255 T. Lartius Flauus. — Q. Clœlius Siculus.
256 A Sempronius Atratinus. — M. Minutius Augurinus.
257 A. Poſtumius P F. Albus. — T. Verginius T. F. Tricoſtus.
A Poſtumius P. F. Albus Dictat. } Rei Gerundæ Cauſa.
Qui in hac honore Regillenſ. app. } Triumph. de Latinis.
T. Æbuctius T. F. Helum Mag. Eq.
258 M. Claud. Ap. F. Sabinus Regillenſ. — P. Seruilius P. F. Priſcus
259 A Virgin. Tricoſtus Celimontanus — T. Veturius Geminus Cicur.

Seceſſio Plebis in montem Sacrum.

MV. Valer. Voluſi F. Voluſus Dict. } Sed. Sed Cau. & R. G. C.
Qui in hoc honore Max. app. eſt } Triumph. de Sabinis.
Q. Seruilius P. F. Priſcus mag. Equ.

Luſtrum fecerunt VII.

Tribuni Plebis primum creari cæpti.

261 T. Geganius Macerinus — P. Minucius Augurinus.
262 A Sempronius Atratinus — M. Minucius Augurinus.

Senatores Primum è Plebe lecti.

263 Q. Sulpitius Camarinus Cornut. — Sp. Lartius Flauus II.
264 C. Iulius L. F. Iulus — P. Pinarius Mamertinus Rufus
265 S. p. Nautius Sp. F. Rutilus — Sex. Furius Medullin. Fuſus.
266 C. Aqũilius Tuſcus — T. Sicinius Sabinus.
Ouans de Hernicis. — Triumph. de Volſcis.
267 Sp. Caſſius Veſcellinus III. — Proculus Virginius Tricoſtus
De Volſcis & Henicis. — Rũtilus.

Lex Agraria primum lata.

268 Q. Fabius K. F. Vibulanus. — Ser. Cornelius l. f. maluginenſis.
269 L. Æmil. Mam. F. Mamercin. — K. Fabius k. F. Vibulanus.
270 M. Fabius k. F. Vibulanus. — L. Valerius Voluſi F. Potitus.
271 C. Iulius C. F. Iulus. — Q. Fabius k. F. Vibulanus II.
272 K. Fabius K. f. Vibulanus II. — Sp. Furius Fuſus.
273 Cn. Manlius P. f. Cincinnatus. — M. Fabius K f. Vibulanus II.
274 k. Fabius K. f. Vibullan. III. — T. Virginius T. f. Tricoſtus.
275 L. Æmilius P. f. Mamercin. — C. Seruilius Ahala in Mag. m. e.
C. Cornel. Lentulus Eſquilinus.
276 M. Horatius Puluillus. — T. Menen. Agrip. F. C. Lanatus.

CCCVI. Fabii A Veientibus Cæſi.

277 A Virgin. T. F. T. N. Tricoſt. Rutil. — Sp. Seruilius Structus.
278 P. Valerius P. F. Voluſi N. Poplic. — C. Nautius ſp. f. ſp. n. Rutilus.
Triumph. de Veient. & Sabinis.
279 L. Furius Fuſus Medulinus. — A. Manlius cn. f. p. n. Vulſo. Cincin
Luſtrum fecerunt IX. — Ouans de Veientibus.

.. Æmilius Mam. f. Mamercinus — Vopiſcus Iulius c.f. l. n. Iulus
'. Furius Medulinus Fuſus — L. Pinarius P.F. Mamerc. Fuſus.
Γ. Quinctius Barbatus Capitol. — M. Claud. m.f.ſp.n. Sab. Regillen.
L. Valer. Volu. F. Potitus Voluſus — T. Æmil. l.f. Mam. n. Mamercin.
ł. Virgin. a f. a n. Tricoſt. Celim. — T. Hamiſius Priſcus.
Γ. Quinctius Barbat. Capitol. II. — Q. Seruilius Q. F. P. N. Priſcus Structus.
Triumph. de Volſcis & Anciat.
Γi. Æmil. l.f. Mam. n. Mamerc. II. — Q. Fabius m.f.a. n. Vibulanus.
p. Poſtum. a f.p.n. Albus Regill. — Q. Seruil. q.f.p.n. Priſcus Structus.
ł. Fabius m.f.k n. Vibulanus II. — T. Quinct. Barbat. Capit.

Luſtrum fecerunt X.

ı Poſtum. a f.p.n. Albus Regill. — Sp. Furius Medulinus Fuſus.
'. Seruil. ſp.f.p.n. Priſc. in m.m.e — L. Æbutius t.f.t.n. Helua in m.m.e.
.. Lucretius t.f.t.n. Tricipitinus. — T. Viturius t.f.t.n. Gemin. Cicur.
Triumph. de Volſcis & Equis. — Ouans de Volſcis & Anciatib.
ɔ. Volumnius m.f.m.n. Amentin. Gallus. — Ser. Sulpitius ſer. f.p.n. Camarinus Cornutus.
'. Valerius p.f. Voluſi N. Poplic. — C. Claudius m. f. ap.n. Sabinus Regillenſis.
In Magiſtratu m.e. in e.l.f.e.
.. Quinctius l.f.l.n. Cincinnatus,
ł. Fabius m.f.k.n. Vibulanus II. — L. Corn. ſer. f.l.n. Malugin. Coſſus Triumph. de Volſcis & Anciat.

Luſtrum fecerunt XI.

'. Nautius ſp.f.ſp.n. Rutilus II. — L. Minutius Augur. Caoctus abdic.

.. Quinctius l.f.l.n. Cincinnatus Dictat. } Rei Gerundæ cauſa.
.. Tarquitius l.f. Flauus Mag. Equit. } Triūph. de Æquis Id. ſep.

Ɔ. Horatius m. f.m.n. Puluillus. — Q. Minucius Augurinus.

Decem Tribuni Plebis facti.

M. Valerius m.f. Voluſi.n. Maxim. — Sp. Virg.a f.a n. Tricoſt. Celimont.

Ludi Seculares Primi.

Γ. Romilius t.f.t.n. Rocus Vatica. — C. Viturius t.f. Gemin. Cicurinus.
ſp. Tarpeius m.f.m.n. Mont. Capit. — A. Haterius Fontinalis.
ex. Quinctil. ſex f.p.n. In m.m.e — P. Horatius Tergeminus.
'. Seſtius Q.F. Vibin. Capitol. — T. Menenius t.f. agrip.n. Lanatus.
ſp. Claud. ap.f.m.n. Craſſin. Regill. — L. Genutius l.f.l.n. Augurinus.

Abdicarunt ut designarentur ex Patrum Ordine
Decemuiri Consulari Potestate Legum Ferendarum Causa,

Ap.Claud. q.f.m.n.Crassin.Regil. Sp.Postumius c. f.p.n. Alb.Regill.
T.Genutius l.f.l.n.Augurinus. Ser.Sulpic.ser.f.p.n.Camarinus.
302 Sp.Viturius sp.f.p.n.Cras.Cicur. P.Sestius Q.F. Vibin. Capit.Regil.
C.Iulius c. f. l. n. Iulus T.Romilius t.f.t.n.Rocus Vatican.
A. Manlius cn.f.p.n.Vulso. P.Horatius Tergeminus.

Ap.Claud.ap.f.m.n.Crassi.Regil. Q.Fabius m.f.k. n.Vibulanus.
M.Cornel.ser.f.l.n.Maluginen. M'. Rabuleius Nepos.
Clemens 3. Antipapa Gilbertus de Corregia antea dictus Archiep. Ra uennæ Henrici 4. Imper. Cancellarius ab eodem Imperatore cre tus fuit quare eundem Imperatorem Coronauit. Sedit Ann. 11 Men. . . Creauit 19. Cardinales.

1077. Flau.

7 Flau. Conſtantinus Michaelis Aug. F. Cæſar appellatus eſt.

Imp. cæſ. Fl. Nicephorus Botoniates P. F. Aug. 61. P. R. Imperat in Oriente. Sedit Ann. 3. Dies 8.

10 Rubertus Guiſcardus obtinuit meliores Vrbes Apuliæ, & Calabriæ, quare à Greg. 7. Papa illarum Dux creatus fuit, ſolemni modo pro more tradito ſigillo beneficiario iure conſtitutus, ipſiq; feudum in ipſis locis confirmatum fuit.

Imp. cæſ. Fl. Alexius Angelus Comnenus Iſacij Aug. F. Aug.
Flau. Iſaacius Comnenus Sebaſtacratos.
Flau. Adrianus Comnenus Protoſebaſtos.
Flau. Nicephorus Comnenus Sebaſtos.
Imperatoris Cæſaris Iſaacij Auguſti filij.

16 Victor 2. Papa 160. Deſiderius ante vocatus filius Principis Beneuenti Sedit Ann. 1. Men. 10. Dies 24.

Petrus Leo nobilis Romanus potentiſſimus fuit Victoris Protector, & Cinthius Conſul, & Senator Romæ eius frater erat.

18 Vrbanus 2. Papa 161. Otho antea dictus filius Milonis à Caſtillione Galli Sedit Ann. 11. Menſ. 4. Dies 18. Creauit Cardinalis 35. inter quos fuerunt valde inſignes.

1. D. Oderiſius ex Comitibus Marſorum Diac. Card. S. Agathæ.
Robertus Capiſuccus Presb. Card. S. Clementis.
Bernardus de Vbertis Florentinus Presb. Card. S. Chryſogoni.
Paulus Gentilis Lucenſis Presb. Card. S. Xiſti.
Theodinus Co: Marſorum Diac. S. Mariæ in Pontem.
Gregorius de Papa Rom. Diac. Card. S. Angeli inde Innoc. 2. Papa.
D. Ioannes Caietanus nobilis Neapol. Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin.

Fl. Michael Paronites Pannyperſebaſtes &
Fl. Nicephorus Melliſenus nobiliſſimus Cæſar
Sederunt Ann. 37. Men. 4. Dies 15.
Caloioannes Imp. cæſ. Alexi Aug. Fil. Auguſtus app. eſt.
Rogerius Dux Apuliæ, & Calabriæ ab Vrb. 2. Papa confirmatus fuit 1091.

Vrbanus 2. Papa 161. Auctor fuit expeditionis in Terram Sanctam, quę dicta fuit Cruciata quia milites omnes ſigno crucis erant decorati. Motor autem tam præclari facinoris fuit Petrus quidam Eremita

mita vir magnæ ſanctitatis, qui omnes gentes mouit ad tan
bellum, quare inter alios iſti incliti Duces cum ipſo fuerun
pe Adimarus Podienſis Epiſcopus qui fuit Leg. Apoſt Hu
gnus frater Philippi Regis Galliæ, Gothofridus Bulione
Lotharingiæ, ac eius fratres Balduinus, & Euſtachius, R
Comes Flandriæ; Stephanus Com. Bleſenſium, Robertus C
mandiæ filius Guilhelmi Regis Angliæ, Raimundus Come
ſæ, & alij. Ex Italis vero Boemundus Principes Tarentinus c
pote Roberto fratris Roberti Guiſcardi filius, Tancredus e
ex Sorore nepos, & tot alij Epiſcopi, Reguli, & Procetes
provt etiam multi Ciuitatum Dinaſtæ, & Magnates qui tu
poris, & ſequentibus annis ad hoc Sacrum bellum arma ſi
runt.

Venetorum Dux fuit Henricus Cõtarenus Epiſcopus Caſtellanu
Genuenſium primo Guilhelmus Cybo, & ſecundo Guilhelm
briatus.

Piſanorum Ildebrandus de Mattis Pilæ Conſul.

Pataninorum Ricardus Fontate, & Sinardus de Ardengis Dom.
& S. Luciæ.

Romanorum fuit Camillus Vrſinus.

Mediolanenſium Ottho Viceçomes.

Bononenſium Bonifacius Vbaldinus, & Barufaldinus Duces, G
Blarchetus Rolandus Foſcarari. Vgolinus Albergatus, Vgo
nus, Oppizzo Canetuli, Munſinus, & Primiranus Sabatin
zalinus Coſpius, & tot alij ex Maioribus Vrbis &c. Io. Fra
grius hiſtoricus Bononienſis clarus, & vir eruditiſſimus in ſu
ciata ſcribit fol. 173. num 287. Tiberium Sabatinum Ciuem
nienſem collegiſſe ducentos milites quos ad Sacrum belliu
habita à Sancto Pontifice Apoſtolica benedictione.

Gotofredus Bulionius Dux Lotharingiæ Rex Hieroſolymæ c
fuit.

Petrus Rex Aragoniæ ab eodem Pont. ſub protectione Eccleſiæ ſ
tus fuit, regnumq; ipſius Victigale conſtitutum cum annuo
lacenſium ipſimet tradidit.

1090 Ioannes Senat. Romæ. Ptolomeus Senat. Romæ.

1095 Ptolomeus 2. Senat. Romæ. Vgutio Senat. Romæ.

1099 Paſchalis 2. Papa 162. Rainerius antea vocatus ex Galliate Co
Tuſcus Parrem Creſcentium, & matrem Alfaram nobiliſſim
buit. Sedit Annos 18. Menſ. 5. Dies 9.

1100 Gregorius Senator Romæ.

1103 G

Gothofridus Buleonius Lotharingus Rex Hierosolymæ.
Clemens Antipapa obijt post Sedem suam Annorum 11.
Hierosolymis tres ordines militum religiosorum instituti sunt nempe Hospitalarij Templarij, & Theutonici. Hospitalarij ob eorum cœnobio S. Ioanne dicatum dicti fuerunt, Equites S. Ioannis, & ab eorum habitatione primo Hierosolymitani, inde Rhodij, & modo Melitenses vocantur.

Paschalis 2. Papa 93. Cardinales elegit inter quos.
D. Leo Marsicanus Ep. Card. Hostiensis.
Cynthius Roman. Ep. Card. Sabinus.
Lambertus de Fagnano Inde Papa Henricus 2.
Crescentius Iunior Ep. Card. Sabinus.
Theobaldus Buccapecus Rom. Presb. Card. S. Anastasiæ.
Gregorius de Ceccano Presb. Cardin. S. Laurentij in Lucina.
Hugo Vicecomes Pisanus Presb. Cardin. SS. xii. Apost.
Saxo Comes Signiæ Anagninus Presb. Card. S. Stephani in Monte Celio.
Petrus Gerardescus Co Donaritici Presb. Card. Sanctæ Susannæ.
Ioannes Cremensis Presb. Card. S. Crisogoni.
Gregorius Caietanus ex Anagnia Diacon. Card. S. Luciæ.
Petrus Petri Leonis filius Rom. Diac. Cardin. SS. Cosmæ, & Damiani inde Antipapa Anacletus 2. dictus.
Oderisius de Sangro Varuensis Diacon. Card. S. Agathæ.
Chrysogonus Malcondinus Pisanus Diac. Card. S. Nicolai in Carcerem.

Petrus Columna Papæ hostis acerrimus cui Cauas oppidum ademit, sed Pont. eundem recuperauit cæpitq; Gabios Zagarolum, & Columen Petri oppida; Columen inde Columnæ nomen habuit à quo familia Columnia vocata fuit nobilissima, & potentissima fuitque ipse Petrus Præfectus Romæ.
Paschalis vt arrogantiam Episcoporum Rauennæ comprimeret, & auctoritatem minueret, Bononiæ, Mateæ, Regij, Parmæ, & Placentiæ Episcopos illorum obbedientiæ ademit.
Stephanus Corsus Romæ potens occupauit Ponticellum, & Montemaltum oppida ditionis Romanæ, sed inde restituit.
Rainerius Senator Romæ. 1109 Rondescus Senator Romæ.
Comitissa Mathildis mulier Celeberrima Ann. 76. mortua est, & S. R. E. reliquit quicquid à Padia amne & Sancto Quirico Agri Senensis, vsq; ad Ceperanum cum Ferraria, & alijs oppidis minimè obscuris.
Guilielmus Dux Apuliæ à Paschale 2. Pontifice confirmatus.
In Ecclesia Compostellana sepoem Canonicos instituit, qui vestibus purpu-

purpureis,& mitris vterétur,quos Cardinales vocauit, Archiepiscopoq; Compostellano pallium concessit.

Alexius Imperat. Constantin. Militibus Hyerusalem petentibus molestus fuit, quare à Boemundo Principe Antiochiæ multiplici bello vexatus paulo post pacem cum ipso fecit.

Imp. cæs. Henricus 5 dictus Iunior p. f. Aug. 19. P. R. Imperat. Occidentis. Sedit Ann. 21. Men. 4. Dies 15. A Paschale 2. Romæ coronatus, quia iurauit se vitam Pontificis membra, honorem, libertatem, regaliaq; Patrimonia Sancti Petri, & nominatim Apuliam, Calabriam, Siciliam, Principatumq; Capuanum conseruaturum, sed inde magna fraude Pontificem, & Cardinales cæpit, & in carcerem misit, sed inde liberari fuere.

1117 Nicolaus Senator Romæ.

1118 Gelasius 2. Papa 163. Ioannes de Caieta Campanus antea dictus, sedit Ann. 1. Dies 5. tempore Henrici 5. Imperatoris, creauit Cardinalem vnum tantum.

Petrus Rufus Diac. Cardin. S. Mariæ in Cosmedin Neapolitanus.

Ptolomæus Octauius Princeps Romani, Henrici Imp. Gener qui Basilicam Sancti Petri occupauerat, Cæsarem Patauij Sedentem de morte Paschalis 2. Papæ certiorem fecit vt Romam veniret, & Comitijs Papæ interesset.

Cinthius Fregapanis quemdam Cardinalem amicum petebat, sed Cardinales primum Gelasium elegerunt totis suffragijs, qui negauit Imperatori quod iniuste petebat.

Imperator ex Patauino agro statim Romam iuit contra Pontificem qui in ædibus Bulgamini nobilissimi Romani se recepit, sed paulo post discessit, & in patriam suam Caietam peruenit, vbi conuenere Archiepiscopi decem, & Episcopi plurimi; Item Guilielmus Apuliæ Dux, Robertus Princeps Capuæ, & Richardus Aquilanus, & alij proceres qui ei more maiorum se Victigales iuramento fecerunt; Romam inde cum iuisset à Fregapanibus vexatus, Corsi, & Normani viri nobilissimi Romani ipsi subsidium dederunt, sed ad euitandū mala discedere maluit, reliquitq; Vicarium suum Petrum Episcopū Portuensem; Hugonem Card. Pisanum ad Curam Beneuenti & Nicolao Senischola Curam Cantorum reliquit, nec non.

Petrum Vrbis Prætectum, & Stephanum Hormannum Vrbis Custodē.

Cum autem Pisas nauigauerit, eius Episcopū Archiepiscopum creauit tandem in Gallia obijt.

Ordo Templariorum militum hoc tempore inchoatus fuit.

Alexius Imperator mortuus est 18. Kal. Septembris 1118.

Imp. cæs. Flauius Caloioannes Comnenus Porphirogenitus Alexij filius

p. f. Aug.

p. f. Aug. 63. Imp. Orient. Sedit Ann. 24. Menſ. 7. Dies 22.

Calliſtus 2. Papa 64. Guido antea dictus fil. Guilelmi Principis Burgundiæ Sedit Ann. 5. Men. 10. Dies 13. Creauit 23. Cardinales, inter quos fuerunt.

1 Gregorius Romanus Presb. Card. S. Gregorij.
2 Petrus filius Petri Leonis Romanus Presb. Card. S. Mariæ in Transtiberim.
D. Pontius Abbas Cluniacenſis filius Com. Maſſilienſis Card.
D. Haymericus Ill. Burgundus Diac. Card. S. Mariæ Nouæ.
Odericus de Sangro Presb. Card. S. Cyriaci Abb Caſſinenſis.
Gerardus Caccianimicus Bononienſis inde Papa Lucius 2.
Gregorius Tarquinius Rom. Diac. Card. SS. Sergij, & Bacchi.
Gregorius de Papareſchis Roman. Diac. Card. inde Innoc. 2. Papa.
Ioannes Dauferij Salernitanus Diac. Card. S. Nicolai.
Aloyſius Lucidus Lucenſis Presb. Card. S. Clementis.
Vuormatiæ pax inter Papã, & Imperatorẽ concluſa fuit, & Schiſma ceſſauit poſt annos 50. quod inceptum erat; & paulo poſt Henricus mortuus eſt 1127.
Guifridus Aquila Recondi filius Senator Romæ.
Ioannes Senator Romæ.
Ptolomeus Sen. Romæ. Reginaldus Sen. Romæ.
Romanus Cuponius Sen. Romæ. Engenulphus Senat. Romæ.
Ordo Canonicorum Regularium S. Auguſtini Premonſtratenſium in Gallijs inſtitutus fuit.
Ordo Militiæ Calatrauæ in Hiſpania à Rege Sancio inſtitutus 1121.

Honorius 2. Papa 165. Bonon. Lambertus Fagnanus antea dictus Sed. Ann. 5. Menſ. 2. Dies 3. Creauit Card. 31. Inter quos.

F. Mattheus Gallus Ep. Card. Albanus.
Vbertus de Ratta Anſrancus Piſan. Presb. Card. S. Clementis.
Petrus Cariacenus de Gariſando Bonon. Presb. Card. Ss. Siluéſtri, & Martini in montibus.
Albericus Tomaſelli Neapol. Presb. Card. Ss. Io: & Pauli.
Conradus de Suburra Rom. Card. inde Papa Anaſt. 4.
Robertus Capiſuccus Presb. Card. S. Cæciliæ.
Ruſticus de Ruſticis Rom. Diac. Card. S. Georgij.
Albertus Theodolus Foroliuienſis Diac. Card. S. Theodori.
Guido de Caſtello Typhernes Diac. Card. S. Mariæ in Via lata inde papa Celeſtin. 2.

Iordanus Petrus Leo Sen. Romę.

1125 Raynerius Gerardi Sen. Romę.
1127 Septem Senatores Romæ.
1128 Octauianus Senat. Romæ.
Imp. cæſ. Lotharius 3. fil. Gebardi Ducis Saxoniæ p. f. Aug. 20. Imperat. Occidentis, Sed. Ann. 11. Men. .... Dies 18. Coronatus in Romæ ab Innoc. 2. Pont. Max. A. D. 1130.
Baloch Rex Parthorum potentiſſimus hoc tempore mire floruit.
Turcæ à Fulcone Rege Hyeroſolimæ victi, & magno numero cæſi.

1130 Innocentius 2. Papa 166. Gregorius antea dictus filius Ioannis Papareſchi Nob. Rom. quæ familia olim Guidonia inde de Papa, & Papareſca vocata eſt, & ab hac Gente familia de Mattheis quæ modo Romæ nobiliſſima floret ortum habuit Sedit ſub Imperatoribus Lothario 2. Saxonæ, & Chunrado 3. Sueuo Auguſtis A. 15. M. 7. D. 8.
Fregapanes Romæ potentes Innocentium protegebant Magnas habuerant controuerſias cum Petro Petrileonis & filio Antipapa Anacleto 2. appellato cuius auctoritate, & potentia ipſorum familia coacta aufugit Piſas Henricum Papa quæ ibi Patriarcham Gradi conſacrauit, ac pallio inſigniuit, inde in Galliam tranſiens ſecum habuit D. Bernardum Abbatem Claraualleníem, & Remis Synodum habuit 1131. in quo Anacletus condemnatus fuit; & Ludouicum 7. Regia Franciæ corona ornauit. In Italiam rediens à Genuenſibus honorificè acceptus fuit quare eorum Epiſcopum obedientia Archiepiſcopi Mediolanenſis exemptum Archiepiſcopum fecit, mox Piſas progreſſus ipſam Eccleſiam, ac Genuenſem Metropolitanam effecit.
Innocentius arma contra Rogerium Apuliæ, & Siciliæ Regem ſumpſit, ſed ab ipſo victus captus, & liberatus fuit, quare à Pontifice creatus ſiue confirmatus fuit Rex Siciliæ, Dux Apuliæ, & Calabriæ, ac Princeps Capuæ, & Hominem Legium Eccleſiæ ipſum confirmauit.
Oddonus, & Elias Fregapanes fratres Senatores Potentes.
Gregorius poſt
Ioannes Normandus } Romæ Senatoris.
Nicolaus poſt
1133 Lotharius 3. Imperat. interim ſuperuenit, ac Pontifice aſſumpto Romam peruenit, Anacletumq; Antipapam cum ſuis inde expulit. Ac inde ab Innocentio Pontifice in Baſilica Lateranenſi coronatus fuit maximo omnium applauſu Anno Domini 1133. Magnus hic Imperator vnicam tantum filiam habuit cui nomen Getrudis quæ nupſit Henrico Vuelpho Duci Bauariæ, qui poſtea ratione vxoris fuit etiam Dux Saxoniæ, & Electo Imperij; Cuius maiores ſupra ſcripti ſunt A. D. 946. Et eorum ſtipes Carolus Magnus extitit.

Henri-

12

Henricus Superbus Elector Imperij Dux Saxoniæ Bauariæ &c. Filius Henrici Vvelfi de quo sup. Ann. 946. Ob. 1139.

13

Henricus Leo Elector Imp. Dux Bauariæ, & Saxoniæ: Angriæ Vueſtphliæ. Ob. 1195.

14

Otho 4. Imp. 1209. 1220. — Vuilhelmus Comes Lunemburgh, & Saxoniæ Inferioris. Ob. 1218. — Henricus Coæt. Elector Imperij.

15

Otho parvus Dux Brunſuich, & Lunemburgh. Ob. 1256.

16

Albertus Magnus Dux Brunſuich, & Lunemburgh. Ob. 1279.

17

Albertus pinguis Dux Brunſuich, & Lunemburgh. Ob. 1318.

18

Magnus Sangerhuſius Dux Brunſ. & Lunemburgh. Ob. 1368.

19

Magnus Torquatus Dux Brunſuich, & Lunemburgh. Ob. 1373.

20

Bernardus Dux Brunſuich Obijt 1434. — Fridericus Imp. Electus Ob. 1400. — Henricus Dux Lunemb. Ob. 1416.

Horum poſteri Duces Brunſuich, & Lunemburgh adhunc diem florent, & ſunt in Germania Magni, ditiſſimi, & potentiſſimi.

Populus Romanus ſeditione excitata nouum Vrbis Regimen vetere mutato inſtituit; Nam Senatores cum ſumma auctoritate creauit, qui Remp. gubernarent.

Innocentius vero creauit Cardinales 53. ex quibus fuerunt:

Martinus Cibo Genuenſis Presb. Card. S. Stephani.
Actus vel Azo Presb. Card. S. Anaſtaſiæ.
Guido de Comitibus Capronæ Piſanus Diac. Card. Ss. Coſmæ, & Dam.
Guido de Caſtello Card. inde Papa Celeſtinus 2.
Hubaldus de Lunata Lucenſis Presb. Card.
Gregorius de Papareſchis Rom. Diac. Card. S. Angeli.
Guido Bellagius Florent. Presb. Card. S. Chryſogoni.
Octavianus de Monticello Roman. Diac. Card. S. Nicolai.
Rainaldus ex Comitibus Marſorum Presb. Card. Ss. Martini, & Petri.

Hubaldus Alluſingolus Lucenſis Card. Ep. Oſtienſis.
Hugo de Folieto Gallus Diac. Cardinalis.
Guido Moricoſus de Vico Piſan. Presb. Card. S. Laur. in Damaſo.
Imp. Chunradus cæſar Aug. Frider. Aug. fil. Dux Sueuiæ p. f. Aug. ſi. P. R. Imperat. Occidentis. Sedit Ann. 13. Men. 10. Dies 15.

1143 Imp. cæſ. Flau. Emannuel Porphyrogenitus Caloioannis Aug. & Alexi Nep. p. f. Aug. 64. P. R. Imp. in Oriente. Sedit Ann. 33. Men. 5. Dies 18.

1138 Ioannes à ſtampis cum vixerit Annos 360. obijt, fuit enim miles Carolo Magno Imperatore, qui mortuus eſt A. D. 814. de hoc Baptiſta Mantuanus ſcribit.

Et quem fama refert hyemes vidiſſe trecentas.

1141 Ordo Carmelitarum reſtitutus fuit ab Almerico Malafrida Patriarcha Antiocheno Leg. Apoſt. trans Mare in Suriæ Carmelo, Quorum Prior Primus fuit Bertoldus ſanctitate inſignis.

1143 Celeſtinus 2. Papa 167. Guido de Caſtello antea vocatus Tuſcus de Caſtro Sanctæ Felicitatis. Sedit Menſes 4. Dies 13. Creauit Card. 14. inter quos.

Robertus Bullenus alias Pullus Anglus Presb. Card. S. R. E. Cancellarius Vir doctiſſimus.
Iulius Presb. Cardin. S. Marcelli Epiſc. Preneſtinus, & Leg. Apoſt. inſignis.
Ioannes de Papiro Diacon. Cardin. S. Hadriani.
Aſtaldus Aſtallus Roman. Diacon. Card. S. Euſtachij. & Presb. Card. S. Priſcæ.
Hyacintus Bobo Roman. Diacon. Cardin. S. Mariæ in Coſmedin, demum Papa Celeſtinus 3.
D. Gerardus Cacciamimicus Bonon. Presb. Cardin. Sanctæ Crucis in Hyeruſalem S. R. E. Bibliothecarius inde Papa Lucius 2.

1144 Lucius 2. Papa 168. Gerardus ætea dictus Alberti ab Vrſo Caccianimici Nob. Bonon. filius. Sedit Menſ. 11. Dies 14. Creauit Cardinales 9. inter quos.

Hubaldus Caccianimicus Bonon. Presb. Cardin. S. Crucis in Hyeruſalem Papa Affinis.
Guerinus Guerinus Bonon. Papæ conſanguineus Card. Epiſc. Preneſtinus Sanctitate inſignis.
M. Guido Cibo Genuenſis Presb. Card. S. Pudentianæ. Vir doctrina, & ſanctitate preſtans.
D. Hildebrandus Bonon. I. V. D. Presb. Card. Ss. Apoſtolorum.
D. Rainerius Mareſcotus Bonon. Diac. Card. Ss. Sergij, & Bachi, vir ſapientia clarus.

Roma-

Romani tumultum excitauerunt, nam Senatoribus inſtitutis non contenti, Patricium Celſioris Magiſtratus faſtigia ei adiecerunt, ac Vectigalia omnia tam Vrbana quam peregrina Pontifici erepta, ei attribuerunt.

Iordanus Petri Leonis filius in Vrbe Clariſſim. Patritius creatus eſt.

Hic Pontifex Baſilicæ Lateranenſi donauit Eccleſias S. Ioannis ante Portam Latinam, & S. Nicolai in hoſpitali vt ipſius Canonici dicti Lateranenſes ſuſtentari poſſent.

§ Paparo Scotus Senat. Romæ. Iordanus Petri Leonis Poſt.

§ Eugenius 3. Papa 169. Petrus Bernardus antea dictus Abbas Ss. Vincentij, & Anaſtaſij ad Aquas Salueas etſi non eſſet Cardinalis, Sedit Ann. 8. Men. 4. Dies 12.

Romani Præfectura Vrbis ſublata, magiſtratus alios Patritio ſubiecerunt, ſed non multum poſt Eugenius omnia mutauit, Patritium enim abrogauit, Præfectumque reſtituit, Senatoreſq; ſua auctoritate creauit.

S. Ludouicus Rex Galliæ præſente, & inſtante S. Bernardo Abbate Crucem ſuſcepit, & magna Francorum nobilitate expeditionem parat contra Turcas, maximaſq; difficultates in Aſia ab iniquis, & perfidis Græcis paſſus eſt.

Artifices ſerici conficiendi ex Græcia in Siciliam Italiamq; traducti ſunt, eaq; ars ex India in Græciam venerat, duo enim Monaci docuerunt vermiculos alere, & nutrire, filaq; vt ſpuerent, & tandem ex ipſis ſericum capere.

Chonradus Imperat. Obijt Bambergæ ibique ſepultus fuit.

Cinthius Fregapanes Præfectus Romæ.

Oddo.... Ioannes....
Ioannes Petri Leonis
Gratianus Obicij Filius } Senatores Romæ.
Petrus Leo Petrus Leo
Obicius.....

Eugenius autem creauit Cardinales 25. inter quos.

Bernardus Prior Monaſterij Lateranenſis Presb. Card. S. Clementis Archipresb. Baſilicæ S. Petri.

Iordanus Vrſinus Domicellus Romanus Presb. Card. S. Suſannæ.

Rolandus Bandinellus Senenſis Diacon. Cardin. Ss. Colmæ, & Damiani inde Papa Alex. 3.

D. Nicolaus Haſtiſragus Anglus Epiſc. Cardin. Albanus demum Papa Hadrianus 4.

Gualfridus Aſtorius Larcauanenſis Anglus Diac. Card. & Epiſcopus Eluenſis.

Aſtal-

Astaldus de Astallis Roman. Presb. Card. S. Priscæ prius Diaconus Celestino 2. creatus.
Ioannes Paparo Roman. Card. Ss. Laurentij, & Damasi.
Hildebrandus Crassus Bonon. Diac. Card. S. Eustachij.
Octauianus de Monticello Roman. Card. Diac. Innoc. 2. Presb. Card. S. Ceciliæ.
F. Rolandus Rhedonensis Pisanus Diac. Card. Ss. Cosmæ, & Damiani.
Cintius 1. Roman. Card. S. Laurentij in Lucina.
Cintius 2. Roman. Card. Diac. S. Mariæ in Aquiro.
1153 Dardanus Pollo Præf. Romæ. Philippus Pinzius Sen. Romæ.

Anastasius 4. Papa 170. Conradus de Suburra antea vacatus Bened. fil. Rom. Sedit Ann. 1. Mens. 4. Dies 24. Creauit quatuor Cardin.

Gregorius de Suburra Roman. Papæ Nepos Episc. Cardin. Sabinus.
Cintius Roman. ex Presb. Card. Episc. Card. Prænestinus.
Rolandus de Paparo Senensis Presb. Cardin. S. Marci.
Albertus de Monte Sacrato Lucensis Presb. Card. Ss. XII. Apostolorum.
1154 Imp. cæs. Fridericus Ænobarbus Frider. fil. Frider. Nep. Dux Sueuiæ p. f. Aug. 22. P. R. Imp. Occid. Sedit Ann. 37. Men. 1. Dies 21. Coronatus Ab. Hadriano Papa 4. Schisma magnum in Ecclesia institux.

Petrus Barabella
Rugerius Bucamani
. . . . Friapanus
Gerardus de Papa
. . . . Inquinus
Oliuerius Infans
Thebaldus Infans
} Senatores Romæ.

Hadrianus 4. Papa 171. Nicolaus Hastifragus antea dictus Brittanus Sed. A. 4. M. 8. D. 18. creauit Card. 13. inter quos.
Guido Cremensis Diac. Card. S. Eustachij, inde Presb. Cardin. S. Mariæ Transtiberim demum Antipapa Paschalis 3. creatus.
Ioannes Pinzutus Neapol. Diac. Card. S. Mariæ Nouæ.
Bonadies de Bonadie Roman. Diac. Card. S. Angeli.
Ardicio Riuoltella Mediol. Diac. Card. S. Theodori.
Albertus de Mora Beneuent. Diac. Card. S. Hadriani demum Gregor. 8. Papa.
Cynthius Guidonis de Papa Rom. Diac. Card. S. Hadriani.
Ioannes ex Comit. Signiæ Anagn. Diac. Card. S. Mariæ in Portica.
Gulielmus Vtriusq; Siciliæ Rex ab Hadriano Papa in gratiam receptus.

tus, qui ipſimet legitimos, & certos titulos cum tribus vexillis tradidit ſcilicet vtriuſque regni, & Principatus Capuæ, Regnumque Vectigale S. R. E. conſtituit.

5 Petrus, & Ottho Friapanes Romæ potentes, & magni.

Ioannes Albicius Saxo — Ioannes Parenxo — Vrbis
7 Baſilius Coelius Poſt. — Annibal de Coliſio — Romæ
Gothofridus Monticello — Nicolaus Maneto — Senatores.
Petrinus Ancoinus — Rainaldus Romanus
Dioteſalus.

9 Oddo Friapanes -- Ioannes Guetonius Poſt -- Odonius Pollo poſt. Petrus Lombardus Nouarienſis dictus Magiſter Sententiarum quia libros Sententiarum conſcripſit hoc tempore floruit fuitq; Epiſcopus Pariſienſis.

9 Alexander 3. Papa 172. Rolandus Bandinellus antea dictus Senenſis. Sed. An. 21. Menſ. 11. Dies 23.

Victor 4. Antipapa ſedit contra Alexandrum à Friderico protectus, & confirmatus, ſed Omnes Principes Chriſtiani Alexandro vero Pontifici parebant.

0 Scotus Paparonus Sen. Romæ. — Stephanus Thebaldus Sen. Romæ.
1 Stephanus Normandus — Gerardus Petrus Leo.
Ioannes Romanus Poſt. — Io. S. Stephan. Poſt. &
Guideminus Guidacia. — Senatores Romæ.

2 Oddo Friapanis Senator Romæ.

4 Vrbs Mediolani à Friderico Imper. capta, & diruta.

Victor Antipapa obijt, Paſchaliſq; ipſi ſucceſſit, quo etiam defuncto Caliſtus ſubrogatus eſt, qui inde abdicauit.

8 Alexandria Vrbs in Longobardia condita, & à nomine Alexandri Papæ ita vocata fuit, qui ipſi Epiſcopum tribuit.

0 Veneti claſſe inſtructa Ragufium, Chium, & Tragurium Imperatoris Græci oppida ceperunt.

6 Emanuel Imperat. Conſtantin. Ciliciam ſubegit, & paulo poſt mortuus eſt.

Guillelmus 2. Vtriuſq; Siciliæ Rex creatus, ab Alexandro Papa in fidem receptus eſt.

12

1178 Opizzo ſiue Obicius Marchio Ateſtinus in prouincia Veneta Magnus & Potentiſſimus Electus fuit. Prætor Patauij, de quo, & maioribus ſuis egimus ſupra A. D 946.

13

Azzo 3. Marchio Eſtenſis Prætor Veronæ 1192. Ob. 1212.

14

Azzo 4. Marchio Eſtenſis, & Piceni, Dom. Ferratiæ 1240.

15

Rainaldus Obſes Frid. 2. Imp. Ob. Neapoli ante Patrem 1251.

16

Obicius 2. Poſt Auum Dom. Ferrariæ Mutinæ Regij Ob. 1293.

17

Aldobrandinus Marchio Ferrariæ Mutinæ Regij. Ob. 1318.

18

Obicius 3. Marchio Ferrariæ Mutinæ Regij. Ob. 1362.

19

Albertus Marchio Ferrariæ Mutinæ Regij. Ob. 1393.

20

Nicolaus 3. Marchio Ferrariæ Mutinæ Regij. Ob. 1441.

21

Borſus Dux Ferrariæ 1. Herculis Dux Ferrariæ 2. Leonell. Marchio

22

Alphonſus 1. Dux Ferrariæ 3.

23

Hercules 2. Dux 4. Alphonſus Marchio Montechi Hipolit. Card.

24

Alphonſus 2. Dux 5. Cæſar Dux Mutinæ Regij 6. Alex. Cardinalis.

25

Alphonſus 3. Dux Mutinæ 7.

26

Alexander Princ. Franciſcus Dux Mutinæ 8. Rainald. Cardin.

27

Almericus Princ. Alphonſus 4. Dux Mutinæ Regij Rainald. Princ.

28

Franciſcus 2. Dux Mutinæ Regij &c.

1180 Alexander 3. Papa timore Fiderici Venetias auſtugit, ibiq; ſecrete aliquantulum manſit, ſed inde cognitus in maximo honore habitus eſt; Veneti vero pro ipſo arma contra Imperatorem mouerunt Sebaſt. Ziani Principe claſſis Duce Otho Friderici filius in pugna victus, & captus fuit, quare Imper. Frider. Venetias ſe contulit, & cum Alexandro pacem concluſit totius mundi applauſu, & maxima Venetorum laude.

Fri-

Fridericus facta solemni pace Constantiæ cum Ciuitatibus fœderatis Italiæ, expeditionem Syriæ contra Turcas parauit.

Alexander legem condidit pro electione Summi Pontificis, & alias contra hæreticos, & pro bono Ecclesiæ; & creauit 39. Cardinales inter quos.

Chunradus Co. Palat. Rheni Archiepisc. Maguntiæ, & Saltzburgi Episc. Card. Sabinus, qui Leg. Apost. in Syriam pro redemptione Terræ Sanctæ, Leonem Regem Armeniæ coronauit.

Hugo de Ricasole Florent. Diac. Card. S. Eustachij.

Ioannes de Comitibus Anagn. Presb. Card. S. Marci.

Galdinus de Sala Mediol. Presb. Card. S. Sabinæ.

Petrus Bonon. cognomento Garisendo Presb. Card. S. Susannæ.

Vibianus Tomasius Presb. Card. S. Stephani.

Lambertus Cribellus Mediol. Card. Inde Papa Vrb. 3.

Hugo Petrileonis Rom. Diac. Card. S. Angeli.

Cynthius de Papa Rom. ex Diac. Presb. Card. S. Ceciliæ.

Herebertus de Boshan, seu Bossenhan Sudo, Saxo Anglus Presb. Card. Archiep. Beneuentanus.

Paulus Scholaris Rom. Ep. Card. Prenest. Inde Papa Clemens 3. Imper. cæs. Flau. Alexius 2. Angelus Comnenus Eman. Aug. fil. p. f. Aug. 65. P. R. Orientis Imp. Sedit Ann. 2. Mens. 1. Dies 29.

17

Ottho Magnus Dux Bauariæ de quo sup. Ann. 1019.

18

Ludou. Dux Bauar. Co. Pal. Rheni Elector Imp. Ob. 1231.

19

Ottho 2. Dux Bau. Elect. Imp. Co. Pal. Rhæni Ob. 1253.

20

Ludouic. Seuerus Dux Bau. Co. Pal. Elector Ob. 1294.

21

Ludouicus Dux Bauariæ Imperat. cæs. Aug. De quo infra Annis 1314. 1324. 1327. 1347.

Lucius 3. Papa 171. Vbaldus Allusingolus antea dictus Lucensis, Sedit Ann. 4. Mens. 2. D. 28.

Roma tunc à Senatu regebatur, quare Lucius deliberauit vrbis imperium occupare, sed hoc cognito S. P. Q. R. excitata seditione cunctos Pontificis amicos excæcauit. Quare Pontifex Vrbe recedens, Velletris primum inde Anagniam mansit, & tandem Mutinam se contulit, & postea Veronam, vbi Imperator etiam transiuit ad conuentum ibidem habendum, & post finem ipsius aliquandiu Pontifex in eadem vrbe commoratus ibidemq; obijt, creauit 15. Cardinalibus inter quos,

Guilhelmus Co: Bleſenſis Presb. Card. s. Sabinæ.
Hubertus Alluſingolus Lucenſis Presb. Card. s. Laur. in Damaſo.
M. Pandulfus Muſca Piſanus Presb. Card. Ss. 12. Apoſtolorum.
Gerard. Alluſing. Lucenſis papæ affinis Diac. Card. s. Hadriani.
M. Domnus Albinus Mediol. Diac. Card. s. Mariæ Nouæ.
Adelardus Veronenſis Epiſc. presb. Card. s. Marcelli.
M. Rodulph. Nigelus Pisan. Diac. Card. s. Georgij.

Imper. cæſ. Andronicus Comnenus Iſaccij fil. p. f. Aug. 66. Orient. Imp. Sedit A. 2. M. 2. D. 15. Inde coactus abdicauit.

1182 Leo Friapanis, & alij quamplurimi Senatores Vrbem rexerunt.
Ioannes Montis Caſtelli Poſt. Octauianus Poſt.
Ptolomæus 9. Philippi Poſt. Rainerius Poſt.
Landulphus Gregorij Pagani Poſt .... Valmontani.
Rainerius de S. Euſtachio Poſt
Imper. cæſ. Iſaacius Ang. Comn. p. f. Aug. 67. Orientis Imper. Qui Sedit Ann. 18. M. 1. D. 13.

1185 Vrbanus 3. Papa 174. Lambertus Crehellus antea dictus Mediolanenſis Ioannis filius Veronæ in Concilio creatus vbi Romanorum odio ac tumultibus exilus ſibi manendum putauit, ibiq; Sedit An. 1. M. 10. D. 25.
Annibal de Coliſe Senat. Rom.
Stephanus Babonus de Octauianis.
Henricus 6. Rex fil. Imper. Friderici primi cum Conſtantia Reginæ filia Rogerij Regis Siciliæ nuptias inſignes celebrauit.
Nuncium infauſtum Vrbanus habuit Hieroſolymæ captæ à Saladino Sultano Ægypti; & quod SS. Crux à Saracenis iterum capta fuit, quare dolore captus è vita exceſſit.

1187 Gregorius 8. Papa 175. Creatus Veronæ Albertus de Mora ante dictus Beneuentus fil. Sartorij dicti Spanadrionis quaſi Spadarionis Cum è Sanguine Comitum à Spada ipſe ortuam habuerit ſed eius virtutes cito extinctæ ſunt. Sedit enim tantum M. 1. D. 27.

Senatus Romanus An. Dom. 1188.

Nicolaus de Anteura. Philipp. Artaldi.
Stephan. ab Anzare. Martius Buſca.
Io: Guido Alexandri. Bubonus Domnæ Scoæ.
Guido Bubaiſis. Branca Berardi.
Petrus Berardi. Cintius Beltraimo.
Roman. Bucamuſca. Ioannes Bartholomi.
Petrus Benincaſa. Petrus Bartholomæi.
Obicio Bruerius Calidis. Petr. de Bubalis Scotæ.
Petrus Bonilis. Oddo Capiferreus.

Ioan-

Ioannes Cinthius.
C. Petrus Cantebraira.
Ioan. Cinthij de Pertica.
Franc. Ioannis Pauli.
Petr. Ioannis Friapanis.
Bertrand. Petri Gerardo.
Gibellus Petri Gualfridi.
. . . . Ilperinus.
Ioannes Leonis.
Math. Muſcaia in Pulce.
Petrus Milonis.
Petrus Octauianus.
Cinthius Orelinus.
Petrus Ioannis.
Rainald. de Rainario.
Petrus Romanus.
Ioannes Schirardus.
Ioannes Scriniarius.
Ioannes Saxonius.
Toſto Inqueatus.
Ioannes Aiſtulphi.
Ioannes Bortolenus.
Ioannes Bucamuzius.
Iulianus Bulgarinus.
Bonauentura.
Petr. Sarelbucius Bubonus.
Barthol. Caſſarus.
Ioann. Bennonis Cinthij.
Guido Cemini.
Petrus Nicolai.
Robert. Ioannis Friapanis.
Cinthius Gualferranus.
Ioannes Gualferranus.
Iacobus Guido.
Barth. Circonis.
Franc. de Beata.
Iacob. Odonis Franconis.
Petrus Girardo.
Gulferrus Cinthij Gulferri.
Stephanus Iulius.
Mutius Cinthius.
Guido Mancini.
Petrus Monte.
Octauian. Ioannes Octauiani.
Petrus Stephani Poſt.
Peſcionius Nicolai.
Rofred. Ioann. de Ponte S. Petri.
Sabatinus Ioanerius.
Stephanus Cortile.
Petrus Saraceni.
And. Silueſter Petri.
Ioannes Vrſinus.
Ang. Rom. de Pohi.
Stephanus Auerij.
Petrus Berardi.
Steph. Rainerij Marana.
Ioannes Parenterio.
Roman. Rainerij Senebaldi.
Sertus Pauli Franciſci.
Ilperinus de Tullo.
Oddo Iordanus.
Io: Papa q. Io: Guidonis.
Ant. Silueſtri q. Petri.
Laur. Vrſinus Thomæ.
Guidus Malabranca.
Nicolaus Pauli Laurentij.
Roman. Ioannes de Salema.
Ruſtic. Sergij de Tranſtiberim.

178 Clemens 3. Papa 176. Paulus antea dictus Ioannes Scolaris fil. Romanus Regionis Piniæ. Sedit Ann. 3. Men. 2. Dies 20.

Propter diſſenſiones trium ſuorum præceſſorum qui ideo à Romana ſede ſua ſemper abfuerunt, ideo Piſis electus eſt, ſed ſtatim pacem cum Romanis tractare cæpit bellum enim inteſtinum ob Senatorũ ordinem inſtitutum ab Innoc. 2. obitu ortum magnas ærumnas Romæ pepent vſq; adhunc diem, quo Ciuilis diſcordia viguit, quia

Populus Rom. Senatores qui Remp. regerent cum Patritio qui
summa cum auctoritate creauerat, pax ideo summa virtute, &
clemia rapæ orta est. Pilis igitur discedens Romam iuit, & hon
eumillime susceptus fuit, condictiones verò pacis eiusmodi fue

Vt Vrbs in Romani Pontificis potestate esset.
Vt abrogato Patritio Prætectus restitueretur.
Vt Senatores annui auctoritate Pontificis crearentur.
Vt Senatum Vaticanum, & reddit[us] s. Petri populus libere resti
tu[eret].
Vt Vectigalia [in] Potestate Pontificis, qui & tertiam partem po
ssideret.
Vt S. R. Pontifici [fi]delitatem S.P.Q.R. coleret, & tueretur
Vt Post Rom. Senatores, Iudices, Aduocatis, Scriniarijs,
Notarijs, omnibus officijs, & dominia, quæ Pres
sul [habe]bat restituerentur.
Vt [Ca]stra, [et] Castella [ad] ius Romanum Vrbis restitutio
nem.
Vt [Ca]stra [ad] Pontificem redirent.
Quo [fac]to [inter] Romanos pax perpetua inde secuta e
[st], [Ca]rdinales creati, nominaq; tamen h
[abe]bant Senatus.

[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. S. Sergij in Velabro.
[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. S. Mariæ in Porticu Li
[ci]nia.
[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. S. Pudentianæ tit. P
[ra]xedis, & tandem Piceni,
[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. S. Iuliani inde Presb. tit. S. S
[ab]ini.
[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. S. Theodori.
[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. Aquæ, inde tit. Vestinæ quem
[ad]modum Pius Rectorem, & Leg
[ato]rem.
[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. Parmensis, & S. Rufinæ. Hi
[ad] Imperatorem venientem vt coronaret
[eum].
[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. S. Nicolai in Cancere Tul
[lianum].
[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. mox Presb. S. Mariæ tit. Calli
[sti].
[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. S. Laurentius.
[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. S. Georgij in Villabro Leg
[atus] Viterbij, & Tusciæ.
[Ti]t. [Ca]rdinalis [Pr]esb. Sixtus Anagninus Diac. Card. Ss. Sergij, & Bacchi,
postea

postea Innocentius 3. Papa.

Senatores Romæ 1189.

| | |
|---|---|
| Guido Ioannes Alexandri. | Paulus Laurentij. |
| Stephanus Capharellus. | Paulus Ioan. Pauli. |
| Cinthius Gualferranus. | Inquintus Vrsi. |
| Stephanus Petri Mundi. | Obicio Catulli Bucacanis. |
| Nicolaus Ioannis Saxonis. | Gregorius Farulfi. |
| Nicolaus Bobis. | Lombardus Sen. Rom. |
| Paulus Ftanconis. | Laurentius Rugerius. |

Senatores Romæ 1190.

| | |
|---|---|
| Araldus Ioannis Araldi. | Seuerinus Sancti Eustachij. |
| Cinthius Ruizonis Cinthij. | Gerardus Crescentius de Milone. |
| Petrus Vrbis Præfectus. | Ioannes 9. Petri Iudicis. |
| Vbertus Tassilo. | Henricus sancti Eustachij. |
| Nicolaus Cinthij Baruntij. | Leo Cinthij Friapanis. |

Imper. cæs. Henricus 6. Frid. Aug. F. Sueuiæ Dux p. f. Aug. 22. P. R. Imperator in Occidente. Sedit Ann. 8. Men. 2. Dies 22.

Ricardus Rex Angliæ acquisiuit regnum Cipri, cessitq; postea Guidoni Lusiniano qui ideo fuit Cipri Rex primus suæ familiæ.

1 Celestinus 3. Papa 177. Hyacintus antea vocatus Petri Bubonis Nob. Romani filius è Regione Arenulæ. Sedit Ann. 6 Mens. 9. Dies 21.

Tancredus fil. Spurius Rogerij 9. alterius Rogerij Regis vtriusque Siciliç statum paternum occupauit, & cum filio possedit, quod Celest. Papa ægrè ferens, Constantiam Monacam Abbatissam sororem legitimam dicti Tancredi ex monasterio eduxit, & Henr. 6. Imperatori Romæ existenti nupsit, dotisq; nomine tradidit Regnum Vtriusq; Siciliæ cis, & vltra Pharum, conditione vt suis sumptibus ipsum acquirat, & iure Feudi S. R. E. soluat annuum censum. Constantia vero etsi quinquagenuaria genuit.

Fridericum 2. inde Imperatorem, & Siciliæ regem quem in cunis vagientem pater Regem Romanorum designarè curauit.

Papa diuersos creauit Cardinales nouem tamen sunt cogniti scilicet.

Hugo de Thienis Nob. Vicent. Presb. tit. Ss. Siluestri, & Martini in montibus.

Ioannes Sacernitanus Campanus Presb. tit. S. Stephani Leg. Ap. in Angliam, & Hiberniam.

D. Rofredus de Insula Arpinas Presb. tit. Ss. Petri, & Marcellini Leg. Ap. in Sicilia.

Cynthius Cincius Roman. Presb. tit. S. Laurentij in Lucina Leg. Ap. in Sicilia.

Fidantius Presb. tit. S. Marcelli Leg. Apost. in Longobardiam.

Ioannes de S. Paulo Presb. tit. S. Priscæ inde Episc. Sabinus; Magnus

fuit

fuit Sancti Francisci amicus, ideo ipsius mentionem S. Bona ra sæpe facit.

Petrus Capuanus Amalphitanus Diac. tit. S. Mariæ in via lata mul gationibus clarus indurijs indictis inter Reges Galliæ, & A causa fuit vt signo crucis expeditio in Syriam excitata sit in Constantinopolis à Latinis capta fuit.

Cincius Sabellus Rom. Diac. tit. S. Luciæ S. R. E. Camerarius mum Honorius 3. Papa creatus.

Imp. Cpl. Isaacius Anglus Comnenus 2. Manuelis Fil. p. f. Aug P. R. Imp. Orient. Sedit Ann. 2. Mens. 1. D. 29.

Hoc anno Kal. Decemb. cum Imp. Alexius abdicasset occisus est, eius locum factus est.

Imper. Cpl. Andronicus Comnenus Isaaci Fil. p. f. Aug. 66. I Imp. Orient. Sedit Ann. 2. Mens. 2. D. 15. sed tandem coactu deinde Decembr. 24. Kal. Martij, & in eius locum factus est.

Imperat. Cpl. Isaacus Angelus Comnenus p. f. Aug. 67. P. R. Ori Imperator. Sedit Ann. 18. Mens. 1. D. 13.

Rex Latinorum Rex Cypri regnum Guidoni Lusignano ce

Imp. Cpl. Henricus 4. mortuus est, & fuit interregnum Men. 9. D

Celestinus Papa 3. numerum Confessorum in Sanctorum numerum r Kl. Aug.

His temporibus floruerunt Guiberus, & Adelfridus Constantie & Theodoricus Germanus Abbates religiosissimi, & Doctis Hermannus Nidanus medicus, Papias Longobardus Grammati Ioannes Sacro Parisiensis Theologus Auctor summus divini Of Vincentius S. Quintianensis, & innumeri hoc vocatus, qui Bonon & Romæ floruit.

Christiani in Syria cum Saracenis fœdus fecerunt.

Saracenorum vero potentia post Ioseph magna ex parte cœperunt.

Senatores Romæ 1194.

1194 Agapitus..... | ...Frater Agapiti..... Frater Agapiti.
Ioannes Cranus. | Ioann. Co. Nahart. Ioan. Papa nus D. Cruc. C
Ioannes Hera. | Nicolaus Co. Nahart. Odonus Gandolphi.
Petr. Vrbis Præfectus. Ottolinus q. Rainonis S. Eustachij Tuscula
1196 Nicolaus Sabinus & Iordanus Vrsinus Senatores Romæ.
1198 Ioannes Tamarus S. R. Petrus Vrbis Prætectus S. R.

Innocentius 3. Papa 178. Henricus Lotharius antea dictus fil. Tu mundi Comitis Signiæ, etsi esset Annorum 30. tantum virtut tamen clarus erat vt Papa creatus fuerit. Sedit Ann. 18. Me 6. Dies 9. creault 31. Cardinales inter quos.

Hugolinus Com. Anagninus fratris Papæ filius inde Gregor. 9. Pap

Leo

Leo Brancalao Roman. Canon. Regul. Card. S. Luciæ, ac S. Crucis in Hierosolim. Leg. Apost. in Saxon. & Germ. pacauit Othonem Saxonem, & Philippum Suevum de Imperio contendentes, Leg. Apost. in Vngariam, & Bulgariam Caloioannem in Imperatorem electum coronauit; Sanctum Franciscum maxime dilexit.

Ioannes Comes Anagnanus Papæ affinis Diac. S. Mariæ in Cosmedin S. R. E. Cancellarius.

Nicolaus de Romanis Roman. Card. Episc. Tusculanus Sancti Dominici familiaris.

Guido de Bisontio Nob. Regulus Vrbeuetanus Diac. Card. & inde Episc. Prenest.

Petrus de Mora Beneuentanus Diac. Card. S. Angeli Leg. Ap. in Galliam vt pacem inter Galliæ, & Angliæ Reges componeret,

Iacobus Guella de Bicherijs Vercellensis Diac. Card. S. Mariæ in Porticu Leg. Apost. in Galliam contra Hæreticos Albingenses quos sua virtute repressit. Leg. Ap. in Angliam Henricum regem coronauit.

Octauianus Co. Signię Anagninus Papæ Consobrinus Diac. Card. Ss. Sergij, & Bachi ac S. R. E. Camerarius.

Gregorius Crescentius Roman. Diac. Card. S. Theodori Leg. Ap. in Daniam.

Pelagius Caluani Diac. inde Presb. Card. S. Ceciliæ Leg. Ap. in Syriam Rufinum Principem Antiochiæ electum Regem Armeniæ coronauit; pacta & conuentiones inter Reginam Cipri, & Episcopos regniq; Optimates acta confirmauit, ibiq; Metropolitanum, & tres Episcopos Latinos constituit.

Petrus Saxo Anagninus Presb. Card. S. Pudentianæ tit. Pastoris Vrbis Vicarius sub Honorio 3.

Maurus Amerinus Vmber Presb. Card. Episc. Amerinus Leg. Ap. in Germaniam.

Stephanus de Casa noua Rom. Diac., ac Presb. Card. Ss. 12. Apostolorum S. R. E. Camer. Napoleo eius fratris filius equo lapsus mortuus est & à S. Domin. coram ipso, & alijs duobus Cardinalibus à mortuis excitatus.

Stephanus Langtonus Anglus Magnus Cancell. Gymnasij Parisiensis, Archiepisc. Cantuariensis, & Primas Angliæ Presb. Card. S. Chrysogoni Insignis Phil. & Theologus.

Gregorius Theodolus Presb. Card. S. Anastasiæ Leg. Ap. Anagniæ, & Hernicis præfuit.

Thomas de Capua Campanus Presb. Card. S. Sabinæ Patr. Hierosol.

Rainerius Capoccius Viterbiensis Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin Sancti Dominici magna familiaritate coniunctus Leg. Ap. Ecclesiastici Exercitus.

Roma-

Romanus Bonauentura Roman. Diac. Card. & Ep. Portuenſis Leg. Ap. in Galliam contra Albingenſes hereticos I. C. Clariſſ. Leg. Ap. in Angliam, & Galliam, fuitq; in Vrbe Vicarius Papæ.

Alij Cardinales extant cum nominibus tantum, cognominibus tamen ignotis, ſed ad Pontificia redeamus.

Petrus Præfectus Vrbis Pontifici ſtatim electo acceſſit, & in Conſtoreo palatij Lateranenſis publice iurauit ſe ei, & ſucceſſoribus ſuis, ac S. R. E. fidelem contra omnes fore, & Inueſtituram Præfecturæ ab eo per mantum recepit, atq; in manibus eius legium hominium fecit vt vocant, poculo aureo ab eo inſignis beneuolentiæ monumento donatus.

1200 Impp. cæſares Philippus Friderici Aug. Fil. Dux Sueuiæ 24. P. R. Imp. Occident.

Ottho 4. Henrico fil. Dux Saxoniæ 25. P. R. Imper. in Occidente, & Fridericus Henrici 6. Auguſti filius Cæſar.

Imperarunt ſimul Ann. 9. D. 16.

S. Dominicus Calagoritanus Ordinem Prædicatorum inſtituit.

S. Franciſcus de Aſſiſio Ordinem Minoritarum fundauit.

Imper. cæſ. Iſaacius Angelus coactus abdicauit.

Imp. cæſ. Alexius Angelus Comnenus 3. p. f. Aug. 68. P. R. Imp. in Oriente. Sedit Men. 9 D. 15.

Petrus 2. Rex Aragonum Romam appulſus, à nonnullis Cardinalibus, à Senatore P. Q. R. in Vrbem deductus Innocentium Papam adorauit, ab eoq; coronatus fuit, ideo illi, & S. R. E. fidelitatem promiſit iurauitq; ac depoſitis regijs inſignijs, & gladio manu Pontificis accepto auctoramentum profitetur, regnumq; ſuum S. R. E. tributarium conſtituit 250. aureorum numorum in ſingules annos. Quare Pontifex iuſſit vt Archiepiſcopus Tarraconenſis Regibus in Vrbe Cæſareæ Auguſtæ Coronam imponere debeat.

Imper. cæſar Alexius Angelus Comnen. 4. Iſaaci Aug. F. p. f. Aug 69. Orientis P. R. Imperator ſedit Men. 1. D. 20. & occiſus fuit.

Imper. cæſ. Alexius 5. Murtzifilus p. f. Aug. 70. P. R. Imper. in Orie. ſedit Men. 2. D. 20. Coactus abdicauit, & occiſus fuit.

1205 Imper. cæſ. Balduinus Co: Flandriæ, & Hannoniæ p. f. Aug. 71. & Latinorum 1. Orientis Imper. Sedit Annum vnum.

Thomas Maurocenus Venetus Patriarcha Conſtantinopolis.

Rhainerius Zeno Prætor primus Conſtantinopoli.

Imper. cæſ. Theodorus Laſcaris p. f. Aug. P. R. Imperator Orientis. Sedit Niceæ, & Adrianopoli Ann. 18.

1206 Imp. cæſ. Henricus Co: Flandriæ, & Hannoniæ P. P. Aug. 72. & 2. ex Latinis P. R. Orientis Imperat. Conſtantin Sedit Ann. 12.

Bonifacius Marchio Montisferrati Cretam Inſulam Venetis vendidit tradiditq; & Regnum Theſſaliæ obtinuit, Theſſalonicam ſedem ſuam conſtituit,

1209 Im-

Imper. cæs. Otho 4. mortuo Philippo Sueuo Aug. imperauit solus, & Romæ ab Innoc. 3. Papa coronam obtinuit.

Ioannes Rex Angliæ domesticis seditionibus vexatus, auxilio diuino, & humano vsurus, Angliam, & Hyberniam ditionis suæ A. R. E. Victigales fecit, easq; beneficiario Iure à Pontifice suscepit cum annua pensione mille marcharum strilingorum, quod postea diu serdatum est.

13 Ioannes Iudicis Senator Romæ.

15 Guido Boni comitis Senator Romæ.

16 Imper. cæs. Petrus Comes Altisiodorensis P. F. Aug. 72. & ex Latinis 3. P. R. Orientis Imperator Sedit Ann. 5. & ab Honorio 3. Papa Romæ in Æde Lateranensi cum Iole Vxore sua coronatus fuit.

17 Generale Concilium Lateranense hoc anno fuit, cui interfuerunt Papa, Cardinales, Patriarchæ Constant. & Hierosol. ac Legati Antiocheni, & Alexandrini; 412. Episcopi inter quos fuerunt Primates 71. Abbates, & Priores supea 800. Item Legati insignes Frider. 2. Imper. designati, Henrici Imper. Constantin. Regumq; Franciæ, Angliæ, Vngariæ, Hierosolymæ, Aragoniæ, Nauarræ, Ciprij, & aliorum Ducum Principum, & Rerumpublicarum. Ita quod hoc Magnum Concilium vocatum fuit.

Imperat. cæs. Frider. 2. Rex Siciliæ Dux Sueuiæ &c. Henrici 2. Aug. fil. P. F. Aug. 26. P. R. Occidentis Imper. Sedit Annos 40.

Ordo Fratrum Eremitarum S. Pauli primi heremitæ in Vngaria à B. Eusebio Strigoniensi Episcopo institutus.

Regula Fratrum Carmelitarum ab Alberto Patriarca Hierosolimitano scripta fuit.

Romani Viterbiensibus deuictis Campanam Communitatis Romam inde in Capitolium transtulerunt, quæ ideo Viterbiensis vocatur, & catenam Portus Salficini abstulerunt, quam reposuerunt in Arcu S. Viti iuxta S. Mariam Maiorem vbi nunc conspicitur.

16 Honorius 3. Papa 176. Cintius Sabellus antea dictus natus ex Haimerico Patritio Romano, & in sua creatione inceptus fuit mos laudabilis, vt inclusis Cardinalibus in Conclaui, vt citius Papam crearent, cibus in dies paucior, & imminutior fieret. Sedit Ann. 10. Mens. 8.

Confirmauit hic Pontifex Ordines, & Regulas Prædicatorum, & Minoritarum illam à S. Dominico, hanc à S. Francisco institutas.

Petrus Co. Altisiodotis Imper. 3. Latinus Constantinop. cum Iole vxore sua Romæ in Æde S. Laurentij Imperiali diademate condecorati fuerunt.

Fridericus 2. Sueuus Rex Siciliæ creatus Imperat. Occidentis coronatus fuit Romæ in Basilica Vaticana, & ducta vxore Iole filia Ioannis Regis Hierosolimæ cum titulo illius Regni dotis nomine,

inde Reges Neapoli, & Siciliæ semper vocarisunt Reges H
solymitani.

1220 Parentius Senator Romæ.

1221 Annibaldus S. R. Napoleo S. R.

Henricus Sueuus filius Friderici 2. Imper. decennis Rex Roman
creatus fuit, & cum patre sedit Annos 7.

1222 Imp. cæs. Robertus Co. Altisiodorensis petri Aug. fil. p. f. Aug.
Latinis P. R. Constantin. Imperat. sedit Anno 7.

Imp. cæs. Flau. Ioannes Diplobatazius Theodori Aug. Fil. 2.
71. P. R. Imperat. Orientis, sedit Nicææ, & Adrianopoli An. 2

1223 Annibaldus Senior Senator Romæ.

Bonincontrus Monaldinus Senat. Romæ.

1224 Annibaldus Senat. Romæ.

Napoleo Senator Romæ.

1225 Bonincontrus Monaldus senator Romæ.

1226 Malabranca senator Romæ.

1227 Philippus Nobilis senator Romæ.

Imp. cæs. Balduinus 2. Roberti Aug. fil. p. f. Aug. 5. Constantino
Imperat. sedit Ann. 35. &

Ioannes Brennus cæsar appellatus est. sedit Ann. 20.

Ordo militum de Calatraua in Hispania à Rege Sancio institutus

Ordo militum de Alcantara pariter in Hispania ortum habuit.

S. Guilhelmus Archiep. Bituricensis canonizatus fuit.

Bohemi, & Scoti obbedientiam S. R. E. promiserunt.

S. Clara Virgo Discipula S. Francisci floruit.

S. Elisabeth Vngara quæ fuit vxor Lantgrauij Turingiæ clara.

S. Antonius de Padua Ordinis Minorum vir sanctissimus, & pod
mus concionibus Ecclesiæ.

Iordanus Sapo Ordinis Predicatorum vir clarus sanctitate, & doct

Creauit Honorius 3. Cardinales 13. inter quos.

1 Cinctius Sabellus Papæ affinis Episc. Portuensis Leg. in Hispani
Domicellus Romanus.

2 M. Bertrandus Presb. Card. tit. Ss. Ioannis, & Pauli Legat. in I
paniam.

3 Ioannes Columna Domicellus Roman. Presb. Card. Legatus L
Apost. legit Imp. Constantin. & in Syriam; ex Hierosolyma (
lumnas ad quam Christus alligatus, & flagellatus fuit, Rom
adduxit, & in suo titulo locauit. Obijt 1245.

4 Robertus Somercote Anglus Cardin. Presb.

5 Egidius de Torres Hisp. Diac. Card. Ss. Cosmæ, & Damiani.

6 F. Conradus filij Eginonis de Vrach Suetonum Diuisis Episc. C
rotuensis.

Egindis pie memoriæ Berchtoldi Ducis Zeringiæ, fuit hic Card. I
Apost. 7 F. Nic

7 F. Nicolaus Monacus Card. Ep. Tusculanus Leg. Apost. ad Frider. 2. Imp.

8 M. Petrus de Capua Card. presb. Theologus parisiensis eximius.

7 Gregorius 9. papa 180. antea dictus Hugolinus ex Comitibus Signiæ Innocentij 3. papæ Nepos. sedit Ann. 14. M. 5. D. 10.

Petrus Fregapanis Vrbis Cancellarius Friderico 2. Imp. adherens.

18 Ioannes Cinthius senator Romæ.

19 Annibal Annibaldus senat. Romæ.

Antonius Coliferus senat. Romæ.

Ricardus de Galerata senat. Romæ.

Fridericus 2. Imp. in Ciprum Appulit inde Acon peruenit vbi Sultanũ Ægypti induxit, ad indutias decennales inter vtramq; partẽ, Sultanusq; Hierusalem cum toto regno relinqueret, sed templum Domini sub saracenis remaneat; Imp autem media Quadragesima Rex Hierosolymæ creatus, & coronatus fuit, & Iopem reædificare curauit, redijt inde in Italiam, & Rom. Ecclesiæ multa damna intulit, Anagniam tandem cum eo papa, & Imper. pax inter eos sequuta est.

20 Hannibal Hannibaldus senator Romæ seditionem mouit, & cum suis magna damna intulit Clericis, & Ecclesiæ vectigalibus.

Tiberis tunc supra modum exundans valde Romanos afflixit, quare tantum fame, & peste laboratum est vt vix decimus superfuerit.

Petrus Fregapanis Cancellarius Vrbis, & Pandulfus de Suburra nobilissimi Romani Legati Missi à S. P. Q. R. ad Pontificem Perusiam iuerunt quorum precibus motus Romam rediens, Hannibaldum magistratu ab re iussit, & vrbi mire subuenit.

S. Dominicus Calaguritanus. Canonizati, & inter sanctos.

S. Franciscus de Asisio, & Cælicolas descripti diebus festis cui-

S. Antonius de Padua. cunq; ipsorum decretis.

Senator Romæ legem tulit, quam plebs sciuit, vt nullum Ius, nec iurisdictio nullaq; potestas in Vrbe Romana Pontifici amplius esset, sed omnia senatorũ arbitrio gubernarentur, cito vero Pontifex omnia dissoluit, & ius suum recuperauit.

S. Elisabetha filia Regis Hungariæ, & vidua Lantgrauij Turingiæ à Pont. in sanctorum numerum relata.

1 Ioannes de Pollo senator Romæ.

2 Ioannes de Pollo sen. Romæ. Lucas Sabellus sen. Romæ.

3 Ioannetus q. D. Ioannis Candulphi sen. Romæ.

Pandulphus de Suburra senator Romæ.

4 Lucas Sabellus senator Romæ.

5 Oddo Ioannes Friapanis S. R. Angelus Malabranca S. R.

6 Ioannes Cinthij Friapanis senat. Romæ.

Ioannes Cinthij . . . . . senat. Romæ.

Hic senator à Friderico Imp. pecunia corruptus Capitolio occupat
papæ reditus in Vrbem impedire conabatur; Iacobus vero Cipoc
cius cum alijs amicis papæ fugiens, pontificem in Lateranum deduxerunt.

Imperat. Frider. ceteris malis à se factis S. R. E. & Italiæ, vt am-
cos ab inimicis decerneret, qui pontifici fauebant Guelphos. & qui
Imperatori Guibelinos appellari iussit, & hanc Factionum pestem
ad perniciem humani generis inuenta fuere; Quæ tamen primum
apud Pistorienses audita sunt. Cum Cancellarij Guelphi, eum ipsis
Gibellinos ab vrbe ejecerint.

Gregorius 9. papa creauit 9. Cardinales inter quos.

1 M. F. Ioannes de Abbatis Villa Archiep. Bisuntinus. Card. Sabin
Vir in scripturis diuinis eruditissimus, & earum Interpres Leg. Ap.
in Hispaniam &c.

2 Gualfridus de Castillione Mediolan. Card. Sabinus, inde papa Cele
stinus 3.

3 M. Stainaldus Filiscus ex Lomanis Comitibus Genuensis S. R. E.
Cancell. postea Innocent. 4. papa.

4 Rainaldus ex Comitibus Sigliæ Philippi papæ frater filius Card. Ep.
Ostiensis, & Velitrenus demum Alex. 4. papa.

5 Hugo Candidus siue Blancus ex Marchionibus Montisferrati Car
portuensis Leg. Apost. in Angliam, Scotiam, Galliam, & Hispa
niam.

6 M. D. Iacobus de Vitriaco Gallus Patriarcha Hierosol. Card. Ep.
Tusculanus vir doctrina, & sanctitate vitæ insignis.

7 Nicolaus Com. Anagninus Presb. Card. sancti Marcelli Leg. Ap. in
Atheniam.

8 B. Iacobus de Petronacia Bapiensis Card. Ep. Praenestin. Leg. Ap. in
in Longobardia tertio in Vngariam, 4. in Etruriam. Vic. Vrbis
Quinto Leg. Ap. in Galliam; & Hispaniam. Quum Innoc. 4. pa
cum Imp. Frid. nullis conditionibus conuenire potuisset, in Gal
liam appulit, & hunc Cardinalem Vicarium suum Generalem re
quit in Italia Ob. 1224.

9 Robertus Vuimairote Anglus Diac. Card. s. Eustachij.

10 Ricardus Hannibaldensis de Molaria Roman. Diac. Card. s. Ang
Ob. 1274.

Gregorij iussu, & opera Fr. Raymundus de Pennæfort Hispanus O
dinis prædicatorum Decretalium librum ex superiorum pontifi
bullis, & diplomatibus per capita digestum condidit, & ipse pu
bault; Reges Francorum Vngarorum, & Siculorum sub Apost.
dis protectione recepit. Instituit vsum pulsandi campanas
salutatione Angelica post Occasum, & ante ortum solis.

Ordo Canonicorum Regularium s. Marci Mantuæ profecit.

Mili-

Militum Iesu Christi Parmæ regulam, & vitæ formam confirmauit.

Ordo s. Mariæ de Mercede à Iacobo Rege Aragoniæ institutus, confirmatus fuit.

His temporibus floruerunt Azo Bonon. Bernard. Dana, Accursius Florentinus, Albertus Bonauisius, Odofridus Beneuentanus, Sanibaldus Filiscus inde Innoc. 4. Papa, & alij viri doctissimi.

1 Annibaldus Annibaldi s. R. Oddo Calimna s. R.

Veneti apud Constantinopolim Græcos vicerunt, ipsamq; vrbem obsidione liberarunt; Rhodusq; ab eis capta fuit.

Tartari Asiam, & Armeniam superiorem peruagati, vsq; ad Iconium Regiam Turcorum peruenerunt.

Car. 4. Imp. Romæ in Basilica Vaticana cum Vxore sua Ob. 13

22 M. F. Ioannes Molandrinus, alias Molendrinus Gallus presb. c
s. Sabinæ Obijt 1358.

23 Rainaldus Vrsinus Domicellus Rom. card. s. Hadriani Archip
s. Petri in Vaticano Ob. 1374.

24 Fr. Petrus de la Foresta Gallus Cancell. Galliæ presb. card. Basi
Ss. 12. Apostolorum Leg. in Regnum Siciliæ Ob. 1361.

25 Ioannes de Caramagna Gallus Diac. cardin. s. Georgij in Vilab
Obijt Auinioni 1361.

Clemens 6. papa Romanorum rogatu Iubilæum quod in centesimu
Annum Bonif. 8. decreuerat, quod seculum appellabant, vnde
de Seculares dicti plenariam omnium peccatorum remissionem
sitantibus limina Apostolorum Petri, & Pauli concessit. Quinqua
simo quoq; anno idem facere liceret, quare An. Dom. 1350. Iu
læum celebratum fuit cum maximo gentium concursu.

Stephanus Columna, & alij Romani nobiles Clem. rogarunt vt R
mam B. Patri sedem inuiseret, prout etiam Petrarcha Orator ad e
iuit, sed nihil obtinuit.

Imp. cæs. Ioannes Cantacuzenus Constant. Rex Aragonum, & Ven
fœdus inter se fecerunt.

1343 Boni Viri 13. Romæ Creati.
Paulus Comite de sen. Romæ. Matthæus Vrsi fil. sen. Romæ.

1344 Ioannes Columna s. R. Iordanus Vrsi filius s. R.

1345 Bartholom. Vrsi fil. s. R. Matthæus Vrsi fil. s. R.
Rainaldus Vrsinus s. R. Vrsus Vrsi fil. D. Iac. Napol.

1346 Nicolaus de Comite D. Stephani sen. Romæ.
Andreas Maximus s. R. Iordanus Vrsi fil. s. R.
Bartholomæus Varani s. R.

1347 Petrus Agapiti Columna sen. Romæ.
Laurentius Nicolai Tribunus.
Vrsus Rubeus Vrsi filius.
Ludouicus Bauarus Imperator ab quo precipiti casu labente stirp
sus extinctus est, a quo Serenissimus Elector hodiernus Bauariæ hoc
modo ortum ducit.

21

1347 Ludouicus Bauarus Imp. Aug. C. Pal. Rheni de quo sup. An. 1327.

22

Stephanus Phibularus Dux Bau. Co. Pal. Rheni Ob. 1375.

23

Ioannes Dux Monaci, & Bauariæ Co. Pal. Rheni Ob. 1397.

24 Erne-

24
Erneſtus Dux Monaci, & Bau. Co. Pal. Rheni Ob. 1434.

25
Albertus Pius Dux Bau. Rex Bohemiæ electus Ob. 1460.

26
Albertus Sapiens Dux Vtriuſq; Bauariæ C. Pal. Rheni Ob. 1505.

27
Guilhelmus Dux Vtriuſq; Bau. Co. Pal. Rheni Ob. 1550.

28
Albertus 5. Dux Vtriuſq; Bauariæ Co. Pal. Rheni Ob. 1579.

29
Guilhelmus 2. Dux Vtr. Bauariæ Co. Pal. Rheni Obijt.

30
Maximilianus Elector Imperij Dux Bau. Co. Pal. Rheni 1626.

31
Ferdinandus Maria Elect. Imp. Dux Bau. Co: Pal. Rheni &c.

Roberto Rege Neapoli hoc tempore extincto Ioanna filia ſucceſſit quæ iam nupta erat Andreæ filio Caroli Roberti fratris; Verum Ioanna hunc ſocordem, & parum virilem cognitum laqueo ſuſpendere fecit, nupſitq; ſecundo Ludouico Principi Tarentino. Tunc vero Ludouicus Rex Hungariæ dicti Andreæ frater tantum ſcelus vlturus magno cum exercitu Neapolim occupat Ioannam vero cum viro ſuo ſe redegit; Ludouicus autem menſe 5. in Hungariam reuertitur Neapolitani vero cęſis Hũgaris Ioannam vocarũt, ſed illa deficiente pecunia nimis difficile illud iter cognoſcens; vendidit omne ius quod Auinione habebat Rom. Eccleſiæ trecies mille florenis aureis, pars prætij pro Feudo Regni decurſo dempta eſt. Quibus numis paratis cribus triremibus Neapolim peruenit, vbi lete à proceribus cum viro ſuſcepti fuerunt. Et hoc modo Rom. Eccleſia Auinionis dominium acquiſiuit.

Nicolaus Rentij filius Roman. ſcriba Vir animi excelſi libertatem ambiens armis occupato Capitolio tantam ſibi beneuolentiam, & auctoritatem apud omnes acquiſiuit, vt ad ſui libitum mentem Romanorum flecteret hocq; titulo vſus eſt. Nicolaus Seuerus, & Clemens, Libertatis, pacis, Iuſtitiæq; Tribunus, ac Sacræ Rom. Reipublicæ Liberator illuſtris. Quæ tituli pompa tantam de ſe admirationem, & opinionem concitauit, vt omnes Italici Principes per Legatos, pacem, amicitiamq; ab eo peterent. Sed hæc inanis gloria parum durauit: nam cum parti Ciuium faueret, & parti aduerſaretur, repente ex Patrono Tyrannus habitus eſt. Quare mẽſe 7. ſui Magiſtratus ſponte ſua ignaris omnibus mutata veſte ob-

ſcura nocte Romæ exiuit, & ad Carolum 4. Cæſarem in B
proficiſcitur, A quo captus Auinionem miſſus Pontifici d
tus fuit,

Clemens ideo retento in vinculis Nicolao Cardinales quoldam
miſit, qui ſtatum Vrbis componerent, Ad quos Franc. P
ſcribens eis ſuadit, vt promiſcue Senatores ad tollendam
nem ex plebe ipſa crearent, cum non ſatis conſtet in ipſa V
mę, qui Senatorij, qui Plebej ordinis ſint, quo omnes p
exiſtant, & ignotis parentibus orti; declaratiq; ſunt.

Petrus Sciarra Columna, & Ioannes Vrſi filius ſenatores Rom
Imp. cæſ. Caloioannes Andronici fil. Paleol. p.f. Aug. 77. Imp
tis. ſedit Annos 33.

Amurathes 3. Turcarum Rex nauibus Genuenſium vſus in Eu
tranſiuit per Helleſpontum ad Abydum, ac Hadrianopolim
polim, & alia oppida Imperij Græci occupauit, Inde Serui
Bulgariam inuaſit cæſo Lazaro in acie Seruiæ Principe.

1348 Luca Sabellus ſen. Romæ. Bertoldus Vrſi filius s. R.
Sæuiſſima peſtis totam Italiam, & Europam afflixit.

1349 Nicolaus Zanchatus ſenator Romæ.
Imp. cæſ. Guntherus Comes Suuarcenburgenſis p. f. Aug. p. R
Occidentalis, ſedit Men. 6.
Imp. cæſ. Carolus 4. Rex Boemiæ Ioannis fil. p. f. Aug. p. R. I
in Occident. ſedit Ann. 28. Menſ. 7. Dies 17.

1350 Petrus Columna q. Iordani q. Gonzoni ſen. Romæ.
Iordanus Vrſinus de Monte ſenat. Romæ.

1351 Stephanus Columna q. Stephani ſenat. Rom.
Bertoldus Vrſinus Comes Pitilliani ſen. Romæ.
Rainaldus filius Vrſi ſenator Romæ.

1352 Petrus Sciarra Columna. Ioannes Cironcinus s. R.
Stephanus Columna, Iordanus Vrſinus s. R.
Bertoldus Vrſi filius ſenator Romæ.
Floruerunt his temporibus viri Doctiſſimi videlicet.
Franciſcus Petrarcha Florent. Poeta, & hiſtoricus illuſtris.
Ioannes Bauarus Florentinus.
Bartolus de Saxo ferrato I. C. Clariſſimus.
Baldus Peruſinus I. C. Clariſsimus.
Ioannes Zabarella Phil. & Theol. ac Magiſter Ord. Præd. qui
ſcipulus B. Ioannis Vicentini.
Fr. Bartholomæus de Vrbino Vrbinatum Epiſcopus qui Mille
ędidit.

1352 Innoc. 6. Papa 201. Stephanus Alberti Limouicenſis filius Gall
Carolo 4. Imperatore Annos 9. Menſes 8. Dies 26.

Ægydius Aluari Cardinalis Cariglius Albemotius Hiſpanus vir bellica laude inſignis armis militaribus in Italiam ſumma cum poteſtate ablegatus fuit, qui tyrannos bello perſecutus eſt, & fere omnem ditionem Eccleſiaſticam amiſſam recuperauit.

Veneti prælio nauali Genuenſes ſuperarunt, qui ideo viribus ſuis diffiſi ſe ſuamq; Vrbem Ioanni Vicecomiti Inſubrum Principi dederunt.

Romæ tum tumultus magnus ortus eſt Populus enim arrogantia Bertholdi Vrſini, & Stephani Columnæ Senatorum inſignium amplius. Fere non potens, qui frumento extra Vrbem extrahi permiſſo, grauem pecuniam confecerant; Ad arma, & ſeditionem concitatus, Capitolium irruit. Stephanus per poſticum aufugit, Bertholdus populum ſedare volens lapidibus ab immani plebe obruitur.

Populus Romanus donarijs, & pecunia multarum gentium Europæ factus diues ſub Clemente, Viros nobiles non ferebat vti Columnas Vrſinos Sabelloſq; imo aduerſus eos pugnare auſus eſt. Bertholdi morte nobiles territi populum ſine capite linquunt.

Franciſcus quidam Baroncellus Scrobaſio natus infimæ ſortis homo interregni occaſionem captans, dum à nullo obſeruatus fuit, erat enim valde ſtrenuus, & audax, ideo populi fauore ſubleuatus Tribunitiam poteſtatem occupat pulſis Senatoribus qui tunc erant, Ioannes Vrſinus, & Petrus Columna Domicelli Romani, his titulis vtebatur.

Franciſcus Baroncellus Dei Gratia Almæ Vrbis Tribunus ſecundus, ac Romanus Conſul.

Qui ingenio præſtans omnem ſibi Ciuium amorem dexteritate, & prudentia conciliauit. Concilium ipſe Populi delegit, ad quod cuncta referebat, & de quorum corpore Magiſtratus ſorte cunctos creabat, Iuſtitiæ plurimum vacauit, & pecunias publicas per Quæſtores ſorte creatos adminiſtrauit, & tandem populum inter factiones diuiſum ad Reipubl. amorem redegit.

Innocentius vero Pontifex his auditis, Nicolaum Rencij qui eodem modo dominium Romæ appetierat, e carcere Auenionis eductum, Romam mittit ad Tribunatum repetendum; qui Vrbem ingreſſus adiuuante Nobilitate, ac magna plebis parte, Baroncellum è Capitolio delectum interfecit ac ſolus Tribunus manſit. Verum immemor ſuæ conditionis nobilitatem perſequi incepit, maximeq; Columnenſes, à Porta Exquiliana in Hernicos cum clientela proficiſcentes: Ipſe magno incommodo pulſus in Capitolium ſe recepit. Sed inde fugiens mutata veſte, cognitus à Ciuibus Romanis occiſus fuit, & hoc modo vterq; Tribunus miſerimum finem habuit; & Senatoria Dignitas per hunc modum reſtituta redditaque eſt nobiliſſimis Ciuibus quibus ademta fuerat.

1353 Stephanus Columna s. R. Ioannes Vrſinus s. R.
1354 Guido Patritius q. Ioannis senat. Romæ.
Raimundus de Ptolomæis Senenſis senat. Romæ.
1355 Petrus Columna s. R. Ioan. q. Thebaldi S. Euſtachij s. R.
Lucas Sabellus s. R. Franc. fil. Vrſi q. Iordani s. R.
Vrſinus filius Iordani Vrſi senator Romæ.

Imper. cæſ. Carolus 4. Rex Bohemię Ioannis Regis filius Mediolani Roberto Vicecomite Archiepiſcopo in Baſilica S. Ioannis Baptiſtæ diademate Italici Regni coronatus eſt, prout inde Romæ diademate Imperiali in Baſilica Vaticana à duobus Cardinalibus Legatis Bernardo Epiſc. Oſtienſi, & Ægydio Albernotio, & illico in Germaniam ſe tranſtulit.

Ægydius Cardinalis Leg. Ap. Italia pacata Vrbium Piceni, & Flaminiæ Dominos ſiue Tyrannos S. R. E. Vicarios conſtituit, & ex Italia diſceſſit.

Arduinus Burgundus Abbas Ciſtercienſis in Legatione Italię ſucceſſit.

1356 Sciarra Columna s. R. Ptolomæus Comes s. R.
Petrus de Caporinis s. R. Nicolaus filius Vrſi s. R.
Nicolaus Vrſinus s. R. Vrſus filius Vrſi s. R.
1357 Petrus Iordani Columna s. R.
1358 Ioannes Pauli de Comite s. R.
1359 Lazarus de Cancellarijs de Pictorio s. R.
Ludouicus de Rocha Piſanus. Vngarus de Saxoferrato Senatores.
In creatione horum Senatorum magnus tumultus ortus eſt Romæ, quare Innocentius Papa diſcordiam ſedauit externo Senatore ad Vrbem miſſo.
1359 Ptolomæus Ciuis Senenſis senat. Romæ magiſtratum geſſit ſed inde à Romanis pulſus eſt.
1360 Reformatores ſeptem Ciues clari Romæ creati ſunt cum ſumma potestate.
1361 Hugo Luſignanus Cypri Rex senator Romæ à Pontifice creatus, & Magiſtratus Reformatorum omnino oblitus eſt.
Angli Gallis ſuperatis, Regem Francum cum filio Philippo cæpere. Eduardus vero magnitudine animi motus illico ipſos liberauit.
Romæ templum Lateranenſe caſu fortuito incenditur.
Thomas à Plonciaco senator Romæ.
Bononiæ Vrbs ab Aulero ipſius Tyranno data eſt Eccleſiæ Romanæ magno cum ſuorum Ciuium applauſu.
Lelius Bonadora ſutor à Plebe Romana nobilibus expulſis factus fuit Caput, & Gubernator Vrbis, poſteam ſe rediens adminiſtrationem Liberam Vrbis, & Reip. Pontifici tradidit.
Franciſcus Petrarcha vir doctiſſimus rogatus fuit ab Innoc. vt Scriba Pontificius

Pontificis fieri vellet, ſed is excuſare maluit ſenectutis Cauſa quam Auinionem tedire.

Roſſus Riccius Senator Romæ.

Innocentius 6. Papa tribus Ordinationibus creauit 15. cardinales.

1 Andoinus Alberti Gallus Fratris Papæ filius Epiſc. cardin. Oſtienſis Ob. 1363.
2 Petrus de Groſso Gallus presb. card. Ss. Silueſtri, & Martini Ob. 1361.
3 M. F. Helias de s. Heredio Gallus Ord. Min. Epiſc. cardin. Oſtienſis Ob. 1367.
4 Petrus de Monturuco Gallus presb. cardin. s. Anaſtaſiæ Ob. 1385.
5 M. F. Guillelmus Farinerij Gallus Ord. Min. presb. card. Ss. Marcellini, & Petri, Theologus, & Scriptor doctiſs. Ob. 1361.
6 M. F. Nicolaus Roſelli Taracen. Hiſp. Ord. Præd. presb. card. s. Siſti Ob. 1362.
7 M. F. Fortanerius, ſeu Sertorius Vaſelli Gualenſis Anglus Ord. Minorum Archiep. Rauennas Patriarcha Gradenſis presb. cardin. Doctiſſimus.
8 Ægydius Iſalnij Bellamera de Monte Acuto Gallus I. V. D. Ep. card. Tuſculanus Obijt 1378.
9 Fr. Androinus de Rocha Gallus presb. card. s. Marcelli Ob. 1369.
10 Ioannes de Branſaco Gallus I. V. D. Ep. card. Sabinus Ob. 1379.
11 Petrus Iberij Aquenſis Gallus Ep. card. Albanus Ob. 1367.
12 Fr. Philippus de Rufinis Epiſc. Sirmienſis presb. cardin.
13 Stephanus Alberti Gallus presb. cardin. s. Laurentij in Lucina Ob. 1369.
14 Guilhelmus Bragoſe Gallus presb. card. s. Laurentij in Lucina Obijt 1384.
15 Hugo de s. Martiali Gallus I. V. D. Diac. card. s. Mariæ in Porticu Ob. 1384.

Floruerunt ſub Innoc. 6. Papa Petrus Birtharij Pictauienſis Gallus qui magna volumina ſcripſit cum breuiario hiſtoriarū Bibliæ Ob. 1360. Ioannes Mairotus Anglicus qui ſcripſit contra Virclephitas.

Vrbanus 5. Papa 202. Guilhelmus Gricatus antea dictus filius Grimoardi Viri militaris, & Amphuliſiæ nobilis fœminæ Monferratæ religioſiſſimæ vtroq; parente Gabalus; & is extra Collegium Cardinalium Gallus, & abſens creatus fuit dum Legatus erat ad Vicecomites. Sedit Carolo 4. Imper. Ann. 7. Men. 2. Dies 24.

Populus Romanus audita Vrbani electione Legatos ad eum miſit, qui Pontificem rogarunt, vt ad Vrbem accederet, qui eorum præcibus motus 4. anno ſui Pontificatus in Italiam venit; ac tandem Romam ingreſſus incredibili totius ciuitatis gaudio, & honore ſuſcipitur,

pitur, & apud Basilicam Vaticanam sibi sedem delegit, cuius pinquum palatium vetustate dilapsū restituit hortuq; & vi prægrandi concilio quibus excolendis suo, & aliquando roc peres laborantes pauit.

Carolus 4. Imp. his auditis eo cum vxore, & filijs aduolauit, ac nere Lucam Pisanis, & Miniate Florentinis ademit; Roma Stratoris Officio Pontifici exhibito in Pontificij Sacris, su lium decantauit. Cuncta Vrbi Romanæ priuilegia, & Vrbi prouinciarumq; donationes quæ sigillatim enumerat, Picenum miniam, Æmiliam, Vmbriam, Etruriam, & Patrimoniam c manuit.

Ioannes Paleologus Imperat. Constantinop. Romam venit, quæ banus pro foribus Basilicæ Vaticanæ more Imperatorum hon suscepit. Is ante Aram s. Petri Pontificis missa latina audita pu Catholicam fidem quam Romana Ecclesia docet, & Spiritum ctum à Patre filioq; procedere, & Romanum Pontificem totiu gis Christiani Pastorem Caput, & Magistrum professus est.

S. Eleazarus Comes Arriani Gallus inter Sanctos relatus fuit Ord multis miraculis clarus.

Basilicas Lateranensem, Vaticanam, & s. Pauli vetustate collapsa tuit, Bononiensem Scholam bellorum turbinibus stratam erec antiquam dignitatem illi nouis priuilegijs concessit, vt Petra testatur, prout, & Academiam Parisiensem instaurare manda

Capita Sanctorum Petri, & Pauli diu quæsita Vrbanus inuenit i cello Basilicæ quæ Sancta Sanctorum appellatur in vasculi genteis satis paruis, ideo statim suis sumptibus duas statuas a teas ad pondus 1070. marcharum pro qualibet, quas ad Al maius Basilicæ Lateranensis cum maxima veneratione præsi Clero, & populo Romano collocauit.

Sancta Birgita deuotissima Princeps Suetiæ Romam voti cau nit, visitatoq; Pontifice, ab eodem obtinuit confirmationem o virorum, & mulierum ab eadem paulo ante instituti A. D. 137

Idem confirmauit Ordines s. Hieron. in Hisp. sub regula s. Augi Iesuatorumq; Senis à Ioanne Columbino inchoati 1367. nec n

Congregationem Montis Oliueti A. D. 1370.

Cupiens tandem in Galliam redire nauem ingressus est mense Sep bris, sed vix Auinionem redijt quod incidit in morbum, & paul mortuus est 1370.

Quatuor ordinationibus XV. creauit Cardinales.

1 F. Anglicus Grimaldi de Grisaco Gallus Papæ fratris filius Epi card. Albanus Leg. Apost. & Gener. Vicarius pro Patruo i lia Ob. 1387.

2 M.

2 M. F. Guilhelmus Guzæ Gallus Ord. Præd. Epiſc. cardin. Oſtienſis Ob. 1373.
3 M. F. Marcus Viterbienſis Ordin. Min. presb. card. s. Praxedis Ob. 1369.
4 Petrus Tornaquincius Florent. presb. card. s. Marcelli Ob. 1383.
5 Guilhelm. de Agrifolio Gallus Decret. Doct. Epiſc. card. Sabinus.
6 Arnaldus Bernardi de Monte Maiori Gallus Patr. Alexandr. presb. card. Ob. 1369.
7 Philippus Petha Cabarolæ Gallus Patr. Hieroſol. Epiſ. card. Sabin. Vicar. Auenionis abſente Papa Leg. Ap. in Italia Ob. 1372.
8 Simon de Langan Anglus Ep. card. Præneſtinus Ob. 1376.
9 Bernard. de Boſquero Gallus Archiep. Neapol. presb. cardin. XII. Apoſt. Ob. 1376.
10 Ioannes de Damano presb. card. Ss. 4. Coronatorum Ob. 1375.
11 Stephanus Pariſius Gallus Epiſc. Pariſienſis presb. cardin. s. Euſebij Ob. 1373.
12 Franciſcus Thebaldeſcus Roman. presb. card. s. Sabinæ Archipresb. s. Petri Ob. 1378.
13 Petrus de Chinaco Com. Petragoricenſis Gallus presb. card. s. Laurentij in Damaſo Ob. 1370.
14 Petrus de Stagno Gallus Ep. card. Oſtienſis Leg. Ap. in Italia Nicolao, & Alberto Eſtenſibus Ferrariam beneficiario iure conceſſit Ob. 1377.
15 Petrus Cortinus Florent. Ep. card. Portuenſis Ob. 1405.

Romæ vero Senatores fuerunt.

3 Guelphus Puero sen. Romæ.
4 Franciſcus Vgolinus sen. Romæ.
5 Rodulphus Sabatinus senat. Romæ.

Septem Reformatores creati.

6 Bardus Bardius senat. Romæ.
Ioannes Podio de Aquila sen. Romæ.
7 Blaſius Beluiſius Ferdinandi sen. Romæ.
Bernardus Monaldeſcus sen. Romæ.
8 Boemundus Raimundi sen. Romæ.
Gentiles Varanus senat. Romæ.
9 Franciſcus Vgonius senat. Romæ.
10 Berardus Conradis Monaldeſcus sen. Romæ.
Famis maxima in Italia per biennium.

10 Gregorius 11. Papa 203. Petrus Monſtrius antea dictus è Malmonte Gallus Co. Belleſortis. Clem. 6. fratris filius ſedit Carolo 4. Aug. Ann. 7. Menſ. 2. Dies 29.

Romæ

Romæ Senator ſingulo ſemeſtri à Pontifice datus populo ius
bat, Vrbis autem cuſtodiam, totamq; Reip. adminiſtrationem
curam Banderesij tunc gerebant, ſic à vexillis banderæ dictis
lati, quod his in bello, & Magiſtratus inſignibus vterentur; Su
læ enim Decuriæ ſigno cognoſcebantur ſuo, & hodie Capita Re
num vocantur, qui Vrbis Tribubus præſunt.

Octo viri Reip. Senenſis s. Catharinam Virginem Sanctiſſimam
Pont. miſerunt, & omnia quæ petijt obtinuit.

1371 Ioannes Malauolta senator Romæ.
1372 Raimundus Ptolomæi sen. Romæ.
1373 Petrus Marinus s. R. & Fortunatus Raimundus s. R.
1374 Antonius Sancti Raimundi sen. Romæ.
1375 Franciſcus Campilius senat. Romæ.
1376 Simon Tomaſius senat. Romæ.

Optabant Itali Pontificis in Italiam reditum, & ſperabant populos
tumaces ad obbedientiam S.R.E. deuenire; ſi Gregor. Papa I
rem pergeret. Sanctus Pont. itaq; de adeunda Italia cogitauit. Q
re 4. Cardinalibus Auinione relectis, quibus Eccleſiaſtica neg
commiſit, e Gallia abijt ſuaſu s. Catharinæ præſertim; paratis
in Rodano 31. triremibus Genuam primo inde Cornetum con
dit, Vnde terreſtri Itinere Romam peruenit An. Dom. 1376. I
bus Ianuarijs Pontificatus ſui Anno 7. poſt Annos 70. migrati
Romanæ Curiæ in Galliam. Multitudo populi illi occurrentis
mulierum turbæ cum teneris infantibus ſibi obuiantes, extantq;
templis, & porticibus Romæ adhuc picturæ atteſtantes lætiti
gaudiumq; ingens Romanorum ſuſcipientium Gregorium no
Vicarium, ſed vt Deum in terram delapſum. Pontifex autem
locata in Vrbe ſede ſua omnia circumſpicere cæpit. Sed dum
Sanctus accurate agit omnia, quæ ad Pontificem pertinent A
Dom. 1378. vlt. Aprilis mortuus eſt.

1378 Fridericus Lauellongus s.R. Conradus Vero s.R.
Guido Probinus s. R. Thomas à s. Seuerino s. R.
Gregorius autem duabus Ordinationibus creauit cardinales 23.
1 Petrus Gometij Albernotius Hiſp. presb. card. s. Praxedis Ob.
2 Ioannes de Grollo Gallus Ep. card. Prænestinus.
3 M. F. Bertrandus Lagerij de Figiaco Ordin. Minor. Epiſc. O
Oſt. Ob. 1392.
4 Bertrandus de Chanaco Gallus presb. card. Ob. 1374.
5 F. Guilhelm. de Chanaco Gallus presb. card. s. Vitalis Ob. 1
6 Robertus Com. Gebennenſis Gallus presb. cardin. inde C
Papa.
7 Ioannes Fabri Gallus presb. card. s. Marcelli Ob. 1372.
8 F. Ioan

8 F. Ioannes de Turre de Auernia presb. card. s. Lau. Ob. 1374.
9 Iacobus Vrsinus Rom. Domicellus frater Com. Nolani Diac. card. s. Georgij Ob. 1374.
10 Petrus Flandrini Diac. card. s. Eustachij Ob. 1381.
11 Guilhelmus Nauilleti Gallus I. C. Diac. card. s. Angeli Ob. 1390.
12 Petrus de Veruco Gallus Diac. card. s. Mariæ in Via Lata Ob. 1390.
13 Petrus Iudicis Gallus Papæ consobrinus presb. card. Ob. 1396.
14 Simon de Borsono Mediol. Archiep. & Ciuis I. V. D. presb. cardin. Ss. Ioannis, & Pauli Ob. 1381.
15 Ioannes Fliscus Genuensis Co. Louaniæ presb. cardin. s. Marci Ob. 1370.
16 Hugo de Montelungo Gallus presb. card. Ss. 4. Coronat. Ob. 1390.
17 Ioannes de Burcerijs Gallus presb. cardin. Ost. 1376.
18 Guido de Malosicco Gallus presb. card. s. Crucis.
19 F. Ioannes de Grangia Gallus presb. card. s. Marcelli Ob. 1402.
20 Petrus de Bernia Gallus I. V. D. presb. card. s. Laurentij Ob. 1384.
21 Fr. Gerardus de Podio Gallus presb. card. s. Clementis Ob. 1389.
22 Petrus de Luna Arrago Hisp. Decr. Doct. Diac. card. s. Mariæ in Cosmedin, postea Benedictus 12. dictus 13. Papa seu Antipapa.
23 Petrus de Tartatis Roman. presb. card. ab Vrbano 6. Papa priuatus, sed inde à Bonif. 9. restitutus Ob. 1395.
24 Franciscus Petrarcha vir doctissimus, & Vates Clarissimus hoc tempore obijt in Vico amenissimo Arquadę territorij Patauini, & in funere Bonauentura Baduarius de Peraga inde Cardinalis orauit, & huius imago visitur in nostra Aula heroum cum hoc Elogio ad n. 47.

## *FRANCISCVS PETRARCHA FLOR.*

FRANCISCVS PETRARCHA Florentinus Parentibus natus est Aretij Anno Nat. Christi Iesu Saluatoris Nostri 1304. 13. Cal. Augusti: infantem primo anno in Anciſæ agrum ſuprà Florentiam vexit; illique ſquè ad octauum educauit. Puer intelligens ſe honeſta, & antiqua familia ortum Patri ſuaſit, vt Italia diſcederet, itaquè Piſis per biennium manſit, vndè in Galliam Tranſalpinam migrauit in Auignonis Vrbe ſuà Rhodanum commoratus, propterea quòd tunc ibi ſedes eſſet Apoſtolica, ſicque in Gallia grammaticæ,

& Rethoricæ operam dedit, deindè in monte Pe
juri Ciuili, poſteà propter Gymnaſij famam ſe Bo
contulit, ſtudens per tres annos; cum verò vt par
viſeret, in Galliam redijſſet, in die Veneris San
tunc fortè erat ſextus Aprilis, vidit, & veriſſim
re cæpit Lauretam Puellam in Templo Diuæ Cl
Auignone, quàm Lauram decantauit. Column
Patricij Romani eum cariſſimum habuere, tùm
Galleacius Vicecomes Dux Mediolani, & Iacob
Carratia Patauij Dominus, qui eum ad Canonica
duæ promouit. Amauit vnicè Lombardum à S
Patauinum. Fuit magnæ ſtaturæ, domeſticis cibi
tentus, in iram pronus, ſed iniuriarum immemor
ſpicax, & omnibus ſtudijs aptiſſimus, formoſus
& viuidi cordis. Grandior ætate Sacris literis ma
intentus, in Arquade Agri Patauini Domum pe
modam conſtruxit, vbi triumphos Rhitmico car
& vernacula lingua compoſuit, vir, qui & Latin
ria, & verſu, & ſoluta oratione edidit, & tande
vitam obijt 14. cal. ſextilis anno 1374. & ſepultu
eiuſque ſepulchrum adhùc extat.

Ab altera autem parte aulæ viſitur quoq; Effigies Lombard
cum hoc Elogio ad numerum 50.

## LOMBARDVS A SERICO PAT.

LOMBARDVS à SERICO Patauinus bonaru
terarum, ac Philoſophiæ ſtudioſiſſimus, m
cibo, ac potu contentus, & propterea Franciſc
trarchæ Florentino Viro doctiſſimo maxima benev
tia, & conſuetudine conjunctus; opus Franciſci
de Viris illuſtribus, quod ille propter mortem im

m dereliquerat, emendauit; ac consimili dicendi undia, & stillo impleuit accuratissimè; Hic, & Dia-;os de humana vita contemnenda composuit, tan-m Venetijs obijt, & in Templo Sancti Saluatoris se-ltus fuit.

Vrbanus 6. Papa 204. Bartholomęus Prignanus antea dictus, electus fuit Romæ cum maxima discordia extra Collegium cardinalium Archiepiscopus Bariensis, coacti fuerunt enim cardinales ad elegendum Papam Romanum, vel saltem Italum. Sedit Imperantibus Carolo 4. & Vincilao eius filio Annos 11. Menses 6. Dies 7.

S. Catharina Senensis scripsit ad Vrbanum 6. epistolas, & ad Carolum 4. Imp. Bartholomęum dictum Vrbanum 6. esse legitime electum, & coronatum.

Cardinales Galli seueritatem Vrbani veriti extra Romam abiere Anagniam primo mox Fundos confugere, scribuntq; ad alios cardinales Romæ absentes, vt ad eos vadant; ibiq; in Vrbanum inuecti sunt vt fallum Pontificem, & vi, & metu creatum, & ita ad numerum 18. congregati Regina Ioanna fauente habitis Comitijs crearunt Robertum Gebennensem virum nobilem, & ei Clementis 7. nomen imposuere. Fuit ideo Schisma 29. in Ecclesia Romana quod Ann. 50. durauit, & ideo omnium pessimum cum Principes Christiani alij Vrbano, alij Clementi fauebant.

Vrbanus iniurias à Ioanna Regina acceptas vlcisci cupiens Ludouicum Hungariæ Regem impulit, vt Andreæ fratris sui mortem se adiuuante vindicaret sed inde sedente Rege Neapoli illuc se contulit, & à rege petijt Nepotem suum Campanum Principem creari; quod ipsi negatum fuit, discessit ideo Nuceriam profectus; Nouem Cardinales creauit, & septem ex veteribus in carcerem coniecit, Nuceriam vero Rex obsedit, At Raimundus Balcianus filius Nolæ, Comitis suis copijs fretus Vrbanum cum tota Curia ad proximum litus deductum Genuensium nauibus ad id paratis imposuit. Quibus dum Pontifex Genuam defertur ex septem Cardinalibus Nuceriæ captis, quinq; saccis inuolutos barbara immanitate intrà mare demersit. Indeq; 29. cardinales elegit Romanos, & Neapolitanos, Romamq; redijt Nomina vero Cardinalium prima Ordinatione creatorum fuerunt.

1 Guilhelmus Patriarcha Hierosolim. presb. card. s. Stephani Episc. Tusc. obijt citò.

2 Philippus de Alenconio ex regio Francorum genere Patriarcha Aquileiæ presb. card. inde Ep. Sabinus, demum Ostiensis. Vrba-

ni 6. Vic. General. ſumma auctoritate. Pontifici verò auſtem rebellis factus, receſſit, quare ab Vrbano priuatus fuit Patriarchatu, & rubro pileo, ſed à Bonif. 9. reſtitutus fuit. Ob. 1402.

3 F. Thomas de Frignano Mutinenſis Bononiæ oriundus Ord. Minor. Patr. Gradi presb. card. Ss. Nerei, & Achilei, ob. 1382.

4 Franciſcus Pregnonus ſeu Mariconus de Vico Piſanus Archiep. Piſæ, presb. card. s. Euſebij inde Epiſc. Prænestinus ob. 1394.

5 Pileus Co: Prattæ Concordienſis, & Patauinus Archiep. Rauennæ presb. card. s. Praxedis inde Ep. Tuſcul. Leg. Ap. ad Vincilaum Cæſ. ipſum in fide Vrbani 6. confirmauit, prout, & Ciuitates liberas Germaniæ, Sequitia tandem immani Vrbani qui Cardinales alios necauerat, alios honore priuauerat, Italiamq; bellis conturbauerat, ab eo diſceſſit Auinionemq; adijt ad Clementem 7. à quo maioribus honoribus locupletatus eſt card. tit. s. Priſcæ; ab Vrbano aut priuatus omnibus fuit. Quo tamen mortuo cum Bonifac. 9. Succeſſore pacem fecit, & omnia loca ei reſtituit quæ Vrbano abſtulerat, quare ab eodem iterum Ep. card. Tuſculanus creatus fuit, prout etiam Epiſc. Patau. vbi moram gerebat, quæ mira beneficia illi Eccleſiæ, & Vrbi contulit. Collegiumque inſigne pro Scolaribus conſtruxit relinquitq; cuſtodiæ Epiſcopi Patauini, Prioris Sacri Collegij I. V. Doctorum, Franciſci Zabarellæ viri præſtantiſſimi; inde S. R. E. Cardinalis, ac Pauli de Leone Doctoris, & Equitis, vt poſt eos antiquiſsimi familiarum Zabarellæ, & Leoniæ nobilium Patauinarum quod adhuc ſeruatur obijt Pat. & in Eccl. Cath. ſepul. eſt 1409.

6 Ioannes Archiep. Corſienſis presb. card. s. Sabinæ ab Vrb. necatus in mare.

7 Fr. Barthol. de Cucurno ex Clauari Genuenſis Ord. Min. Archiepiſc. Genuæ presb. card. s. Laurentij in Damaſo ab Vrb. in mare proiectus.

8 & 9 Nomina ignorantur, & facta.

10 Andreas Bontempus Ciuis, & Ep. Peruſinus presb. card. Ss. Marcellini, & Petri interfuit creationi Bonifacij 9. ob. 1390.

11 Agapitus de Columna Roman. presb. card. s. Priſcæ Ob. 1380.

12 Barthol. Mezauaca Bonon. I. V. D. Ep. Reatinus presb. card. s. Marcelli qui ab Vrbano inde priuatus à Bonif. 9. reſtitutus fuit tit. s. Martini obijt Romæ 1396.

13 Fr. Nicolaus Moſchinus Carracciolus Neapol. Ord. Præd. presb. card. Sancti Cyriaci Leg. Apoſt. 1389.

14 Fr. Ludouicus Donatus cardinalis primus Venetus Ord. Min. Theol. card. s. Marci. Sed factus ſuſpectus iniquo Papæ, Nuceriæ Captus 1385. cum alijs quinq; captis graniter tortus Genuæ interfectus eſt.

15 Guil-

15 Guilhelmus de Capua filius Comitis Altæ villæ presb. card. s. Eusebij ob. 1389.
16 Stephanus Columna Domicellus Roman. Diac. card. s. Eustachij.
17 Ludouicus de Capua Campanus Diac. card. s. Mariæ Nouæ.
18 Gentilis de Sangro Neapol. Leg. Ap. in regnum Neapolitanum. Diac. card. s. Hadriani post quamplurima gesta ab Vrbano Nuceriæ Captus Genuæ necatus est.
19 Anonymus presb. cardin.
20 Lucas de Gentilibus Picenus presb. card. s. Xisti ob. 1388.
21 Philippus Gizza Roman. presb. card. Ss. Gabinij, & Susannæ.
22 Poncellus Vrsinus Domicellus Rom. presb. card. s. Clem. ob. 1395.
23 Rainulphus de Monturuco Gallus presb. cardin. s. Pudentianæ ob. 1382.
24 Eleazarus Ep. Theatinus presb. card. s. Balbinæ ob. sub Vrbano.
25 Philippus de Carrafa de Serra Neapol. Ep. Bonon. presb. cardin. s. Martini in Montibus Domus de Serra omnibus Maior familiæ Caraffæ.
26 Adam Herfordensis Anglus presb. card. s. Ceciliæ ab Vrb. Nuceriæ captus grauiter tortus, honoribus exutus; sed Vrbano mortuo à Bonif. 9. restitutus obijt 1397.
27 Petrus Hispanus Episc. Placentinus presb. card.
28 Stephanus Sanseuerinus Neapol. ex Comitibus Marsorum, siue Marsicorum Diac. cardinalis.
29 Galeatus Tarlatus de Petra Mala Aretinus Diac. card. s. Georgij in Velabro, Austeri Pontificis sæuitiam metuens, ab eo fugiens ad Clem. 7. se contulit; à quo inter suos cardinales susceptus est.
30 Ioannes Bohemus Archiep. Pragæ presb. card. basilicæ Ss. 12. Apostolorum.
31 Demetrius Hungarus Archiep. Strigoniensis presb. card. Ss. 4. Coronatorum.
32 Valentinus Hungarus presb. card. s. Sabinæ.
33 Marinus de Iudice Amalphitanus presb. card. s. Pudentianæ Nuceriæ ab Vrb. 6. captus, tortus, & Genuæ interfectus.
34 Landulphus Maramaurus Neapol. Diac. card. s. Nicolai in Carcere Tulliano sed paulo post priuatus; inde à Bonif. 9. restitutus 1389.
35 Petrus Tomacellus Neapol. Diac. card. s. Georgij, inde Papa Bonif. 9. aiunt fuisse pauperem Clericum Solivagum [illegible] litari stirpe ortum: forte fortuna ab Vrb. 6. card. [illegible] scribendi, & cauendi imperitus, grammaticæ [illegible] scientiæ [illegible], quare Vrban. 6. [illegible] Cardinalium [illegible].
36 Thomas Vrsinus de Mar[illegible]

minica ab Vrbano captus, sed procerum precibus inde liberatus fuit ob. 1390.

1384 Vrb. 6. prinauit cardinalatu Petrum de Tartaris Romanum qui tamen à Bonif. 9. restitutus fuit, & creauit cardinales alios nempe.

37 Adolfus Com. Anaxouicanus Germanus Archiep. Maguntin. & Germaniæ Primas, presb. card. Episc. Spirensis; renuit obijitq; 1388.

38 Fridericus Germanus Archiep. Coloniæ presb. card. renuit.

39 Cuno alios Simon Germ. Archiep. Treuir. presb. card. recusauit.

40 Arnoldus de Horne Belga Germ. Episc. Leodiensis presb. cardin. renuit.

41 Vvencislaus Germ. Ep. Vratislauiensis presb. cardin.

42 Petrus de Rosemberg Bohemus presb. cardin. renuit.

43 Stephanus Palotius Romanus Papæ Vicar. presb. card. s. Marcelli ob. 1398

44 Raimundellus Vrsinus Domicellus Rom. fil. Com. Nolę Diac. card.

45 Angelus Acciaiolus Ciuis, & Ep. Florent. presb. inde Epis. cardin. Ost. Legat. Apost. coronauit Ladislaum in Hungariæ Regem, & Siciliæ Ob. 1407.

46 Franc. Carbonus Neapolit. presb. card. Ss. Gabinij, & Susannæ, inde Sabinus ob. 1405.

47 Bonauętura Baduarius de Peraga Patauinus Ordin. Eremit. Gener. Magister presb. card. s. Ceciliæ, Philosophus, Theol. & Oratr Clariss. & doctiss. scribendo, & docendo; quare inopinate purpuram obtinuit; Is Romæ tunc erat, nec vnquam discessit. Cum vero Ecclesiasticæ Libertatis vindicus assertor, & patronus esset, ortus inter eum, & Franciscum Carrarensem Patauij Dominum discordijs Franciscus clam per occultos Sicarios egit vt tantæ virtutis vir Romæ dum Pontem Elium transiret ad Vaticanumque ire pergeret, sagita ab incerto emissa transfixus nefarie occulteq; interfectus est, vt numquam de hoc sciri potuit ob. 1389.

Patauij in insigni Aula Zabarella visitur ipsius effigies cum hoc elogio ipsi à Ioanne Cauacia erecto.

*BONAVENTVRA BADVARIVS DE PERAGA CARD.*

BOnauentura Alberti frater ex Matre, & ipse Augustinianus eidem religioni addictus familia nobili Peraghina ortus, doctoratus insignia adeptus Augustinianæ religionis summum regimen diu tenuit: postea Romæ primus ex Patauinis in Collegium Summorum

Sacer-

Sacerdotum cooptatus titulo D. Ceciliæ. Scripſit quamplurimas, & luculentas orationes, tum in laudes nobilium virorum, tum etiam contra hoſtes Eccleſiæ, vitæ integritate nemini ſuorum temporum poſtponendus; ex qua & alijs virtutibus dignitates illas conſecutus eſt. Romæ ſuper pontem S. Angeli ſagita occulta manu miſſa, & in numerum Martyrum relatus.

48 Ludouicus Fliſcus ex Louaniæ Comitibus Genuenſis. Diac. cardinalis S. Hadriani. Fuit inde cum Bonif. 9. Innoc. 7. Benedicto 13. Ioanne 23. & tandem cum Martino 5. ſub quo obijt 1423.

49 Marinus Bulcanus Neapol. Diac. card. s. Mariæ Nouæ ob. 1395.

50 Franciſcus Rentius Aliſanus Diac. card. s. Euſtachij ob. 1390.

51 Rainaldus Brancatius Neapol. Diac. card. Ss. Viti, & Modeſti ob. 1427.

52 Ioannes Stephaneſcus Roman. presb. card. s. Ceciliæ.

53 F. Angelus de Anna Neapol. Diac. card. s. Luciæ Epiſ. præneſt. ob. 1431.

54 Ioannes Carbonus Neapolit. Diacon. cardinalis obijt paulo poſt.

55 Franciſcus Caſtagnola Neapol. Diac. card. obijt 1386.

56 Iulius Coſſus Romanus presb. cardin. s. Mariæ Tranſpontinæ.

Vrbanus Romam rediens cum magno honore in Vrbem ſuſcipitur, licet poſtea à Bandereſijs incedens perpeſſus ſit quoad Anno 11. ſui Pontificatus infeliciter acti mortuus eſt Ann. D. 1389.

Carolus 4. Imp. Bohemiæq; Rex Obijt 6. Kal. Maij 1379.

80 Imp. cæſ. Vvincislaus caroli 4. Aug. fil. p. f. Aug. 37. P. R. Imperator in Occid. ſedit Ann. 22. M. 2. D. 20.

Genuenſes Inſula Cypri capta, & ſpoliata Famaguſtam obtinuere.

Carolus filius Ludouici Ducis Dyrachij Sen. Romæ à Papa factus.

79 Bonacurtius Boſotius s. R.

Fr. Guilhelmus Maramaldus s. R.

80 Dominicus Cathaneus de Genua s. R.

Petrus Lante Romanus sen. Romæ.

Rainaldus Montebello sen. Romæ.

Raguntus Tudini sen. Romæ.

Franciſcus de Vico Viterbienſis Tyrannus Præfectus Romæ.

78 Clemens 7. Antipapa ob peſſimas conditiones Vrbani 6. creatus Robertus antea dictus ex Comitibus Gibennenſibus ex Epiſcopo Cameracenſi Cardin. creatus à Gregorio 11. Papa. Sedit Auenione Ann.

Ann. XVIIII. Mens. II. Dies XXVIIII.
Creauit Anticardinales.

1 Iacobus de Vesis Gallus Archiep. Hydruntinus Patr. Constantin tit. s. Priscæ.
2 Nicolaus Brancatius Neapol. Archiep. Cosentinus tit. s. Marci.
3 Scacenarus I.V.D. Gallus Archiep. Ebredunensis tit. s. Marinæ Riberim cardinalis.
4 M.F. Nicol. de s. Saturnino Gallus tit. s. Xisti.
5 Petrus de Bareria Gallus Ep. Eduensis tit. Ss. Marcellini, & Petri
6 M.F. Leonardus Geotonensis Campanus tit. Ss. Siluestri & Marti
7 Cunctetus Gomerij de Luna Arago tit. Ss. Ioan. & Pauli.
8 F. Thomas de Clasie, vel Cassaro Gallus tit. s. Sabinæ.
9 Petrus de Grosso Gallus Archiep. . . . tit. s. Nerei & Achilei.
10 Fredicus de Agrifolio Gallus Episc. Auenion. tit. Equitij.
11 Haimericus de Marco Gallus Episc. Parisiensis tit. s. Eusebij.
12 Petrus Aurelij de Monte Acuto Gallus Episcop. Laudunensis tit. Marci.
13 Martinus Lusitanus Episc. Vlisiponensis accessit ad Benedictū
14 Guilterus Episc. Glasguensis accessit ad Benedictum.
15 M.F. Ioannes de Nouo Castro Gallus Episc. Tullensis tit. Ss. 4. Coronatorum.
16 Iacobus de Montenayo Gallus tit. Ss. Marcellini, & Petri.
17 Amadeus de Marchionibus Salutij tit. s. Mariæ Nouæ, interfuit electioni Alex. 5. in Concilio Pisano, ac inde in Constantiensi Commitijs Martini 5. ob. 1419.
18 Petrus de Tisignaco Gallus I. V. D. Canon. Paris. tit. s. Mariæ in Aquiro.
19 Bertrandus de Canbaco Gallus Patriar. Hierosolymæ tit. s. Pudentianæ.
20 Thomas Amanatus Pictorienſis Archiep. Neapol. tit. s. Praxedis.
21 Amelinus de Lantruo Gallus Episc. Conuennarum tit. s. Eusebij.
22 Ioannes de Placentinis Gallus Episc. Castellanus tit. s. Cyriaci.
23 Petrus de Tureyo Gallus Episc. Malliarensis tit. s. Susannæ.
24 Ioannes de Minolijs Gallus Episc. Gebennensis tit. s. Vitalis.
25 Ioannes de Broniaco Episc. Viuarensis tit. s. Anastasiæ.
26 Ioannes Rotlandi Gallus Episc. Ambiacensis.
27 Petrus de Lucemburgo fil. Guidonis Co. s. Pauli tit. s. Georgij.
28 Pileus de Prata Patauinus tit. s. Priscæ cum ab Vrb. electus, primatus fuisset.
29 Galeotus Tarlatus de Petra mala tit. s. Georgij Ob. in Benedict Obbedientia.
30 Iacobus è Regia domo de Aragonia card. Episc. Sabinus.
31 Ioannes de Trelaser Gallus Archiep. Lugdunensis.

32 Mar-

32 Martinus Salua Nauarus Archiep. Pampilonenſis tit. s. Laurentij in Lucina.

33 Ioannes Flandrini Gallus Archiep. Auxicanus tit. Ss. Ioan. & Pauli.

34 Petrus Girardi de Podio Gallus Epiſcop. Anicienſis tit. s. Clementis fuit Piſis electioni Alex. 5. & Ioann. 23. Bononiæ Ob. 1415.

35 Guilhelmus de Vergeyo Gallus Archiep. Biſuntinus tit. s. Ceciliæ.

36 Petrus Frias Hiſpanus Epiſc. Oxomenſis tit. s. Praxedis.

37 Ludouicus Allobrox Epiſc. Maurienſis tit. s. Cæſarei.

Tota Europa diuiſa fere hoc ſchiſmate fuit; Imperat. & Reges Hungariæ, & Angliæ Vrbano fauebant cum tota Italia Germania, & Anglia; Clementi vero Gallia omnis, & Hiſpania, quare inde infinita mala orta ſunt, errores, & hæreſes, nam quod vnus ligabat, alter ſoluebat, fiebantq; ex vtraq; parte proceſſus, priuationes, & anathemata cum magno Dei, & Eccleſiæ detrimento.

4 Otho Vicecomes Mediolanenſis senator Romæ.

Imp. cæſ. Andronicus 5. Paleologus Caloioannis Aug. Fil. p. f. Aug. 78. P. R. Imperat. in Oriente. sedit Ann. 3.

6 Bombarda à Germanis inuenta eſt.

8 Imp. cæſ. Emannuel 2. Paleologus Caloioannis Aug. fil. p. f. Aug. 79. P. R. Imperator in Oriente ſedit Ann. 30.

9 Pandulfus Malateſta Piſauri Princeps senat. Romæ.

Bonifacius 9. Papa 205. Petrus Tomacellus antea dictus Neapol. ex Curia Nidi ſedit Ann. 14. Menſ. 11. Vincilao, Roberto, & Friderico Cæſaribus. Ordinationibus tribus creauit cardin. nouos 8. & ſex alios reſtituit.

1 Henricus Minutulus Ciuis, & Archiep. Neapol. presb. card. s. Anaſtaſiæ inde Epiſc. Tuſcul. interfuit electioni Innoc. 7. Greg. 12. Alex. 5. & Ioannis 23. obijt 1412.

2 F. Bartholomius Vliarius Patauinus Ord. Min. Phil. & Theol. inſignis Epiſc. Florentinus presb. card. s. Pudentianæ tit. Paſtoris, ob ſuam ſapientiam, & ſanctitatem à Bonif. 9. rubro pileo decoratus fuit, ab eoquæ fuit maxime dilectus prout inde difficillimis Chriſt. Reip. negotijs in Regnum Neapolitanum cum ſumma auctoritate Legatus miſſus, Vrbem illam quæ Clementi Antipapę adhærebat, ad obbedientiam Bonifacij veri Pontificis redegit, & reuocauit. Qua Legatione Caietę morbo grauatus mortuus eſt 1396. Cuius cardinalis imago colitur in Aula Zabarellæ.

3 Coſmatus Melicratus Sulmonenſis I. V. D. Epiſc. Bonon. Archiepiſc. Rauennæ in locum Pilei Cardinalis Pratenſis creatus, inde card. presb. tit. s. Crucis in Hyeruſalem, ac demum Papa electus, & Innoc. 7. vocatus.

4 Chriſtophorus Maro Romanus presb. card. s. Cyriaci poſt Archi-

presbiter s. Petri obijt 1404.

5 Antonius Caietanus Rom. patr. Aquil. presb. card. s. Cæciliæ ob. 1412.

6 Baldassar Cossa Neapolit. Archidiaconus Bonon. Diac. card. s. Eustachij Leg. Bononiæ, quam Eccl. Rom. restituit, & fidelem regit. Interfuit Pisis creationi Alex. 5. quo defuncto eius successor creatus fuit, & Ioann. 23. vocatus.

7 Leonardus Cybo Genuensis Diac. card. Ss. Cosmæ, & Damiani.

8 Angelus Cybo Genuensis Diac. card. s. Mariæ in Montibus.

Bosnia, Croatia, & vlteriores Illirij partes à Turcis occuppatæ, & Constantinopolis à Baiazete Turcarum Rege obsessa.

1394 Clemens 7. Antipapa Auenione mortuus est; cui successit Petrus de Luna dictus Benedictus 13. de quo infra.

Io. Galleatius Vicecomes Insubriæ Princeps, & Co. Virtutum appellatus; à Vincilao Imperatore Dux Mediolani creatus fuit cum posteris, & descendentibus suis masculis legitimis, & naturalibus.

Bonif. 9. Assisij agentem Legati Populi Romani adeunt rogantque vt Romam iret qui negauit nisi ipsi restituant quæ ademerant; videlicet, quod accipiant Senatores exteros vt olim faciebant; quod Conseruatoribus parum idoneis electis, Bãderesijs omnia licerent. Quæ Romani Magistratus ex populi auctoritate vt Pontifici gratificarentur, simulq; intestinis discordijs fessi auctore Nicolao Columna, Bandereseos tollunt.

1398 Andr. Malatesta Pandulfi fil. Pisauri Princeps senator Romæ. Pontificis nomine electus, Vir doctus, & prudens.

Bonif. ideo Vrbem ingressus tantum consilij, & prudentiæ habuit, vt magna mole Hadriani mœnibus, & turribus, Capitolio, & Pontibus Vrbis dominatu liberè potitus est. Ita vt primus Pontificum Romanorum omnem populi Romani vim, cunctis suo arbitrio Officijs, & Magistratibus creatis, Victigalibus publicis ad se receptis, pontibus, quibus Transteberim iter est, munitis ad se transtulerit, Pontificia m ditionem mirum in modum stabiliuit, Vrbis tandem summum Imperium ciuibus dedentibus obtinuit, & Pontificis auctoritatem eo vsq; nutantem confirmauit. Sed præterea Latium, Campaneam Picenum, in Etruria Viterbum Montem Faliscorum, Vrbem veterem, Narniam, Tuder, Spoletum, Perusium in Emilia, & Flaminia Bononiam, Fauentiam, & Forumliuium Imperio Ecclesiastico restituit, Ioannis Galleatij Vicecomitis, & totius fere Italiæ trans Apenninum vires repressit.

1399 Zacharia Triuisanus Doct. & Eques Nob. Venetus senator Romæ.

Pileus Comes Pratæ S.R.E. bis Cardinalis, & Episcopus Tusculanus, Archiepiscopus Rauennæ, atq; Episcopus Patauinus hoc anno mense

menſe Decembris Obiit Paratij cum iam condidiſſet die 4. Octobris ſuum teſtamentum valde inſigne, in quo iuſſit, & ordinauit quod Corpus ſuum ſepelliri debeat in ſua Cathedrali Eccleſia in Capella S. Ioannis, quam dotauit decenter cum quatuor Sacerdotibus deputatis ad ſacra ibidem quotidie facienda. Item quod fructus, reditus, & prouentus Impreſtitorum de Venetijs deputentur, & conuertantur in vſum, & vtilitatem viginti ſcolarium exiſtentium in Collegio ſuo, & per ipſum ordinato ſub titulo Sanctorum Hieronymi, & Proſdocimi apud Eccleſiam Diui Antonij Confeſſoris, & tandem vniuerſales hæredes inſtituit in duabus partibus dictum Collegium, & pro tertia Capellam prædictam. Commiſſarios autem reliquit cardinales Colonnam Melioratum qui fuit inde Papa dictus Innocentius 7. & Angelum Laudenſem, Franciſcum Zabarellam I.V.D. inde Cardinalem, Paulum de Leone Militem, & alios quorum Concilio omnia in ſuo teſtamento ordinata fieri debeant cum alijs ordinationibus vt in dicto teſtamento edito Romæ in Monte Iordano in rogationibus Magiſtri Antonij de Taruiſio Notarij, ac tradito manibus Nicolai Chechini itidem Notarij Camaræ Apoſtolicæ die 8. Menſis Auguſti 1400. Tandem Anno 1404. die primo Aug. preſentatum fuit Paduæ in Cancellaria Communis in manibus Gratiadei Ingegnerati Notarij coram Siccone Polentono Cancellario Maiori, A Commiſſarijs inde Mauſoleum inſigne ille conditum fuit An. 1409. prout hodie quoque videtur, ſuper quo leguntur hęc Carmina inter eiuſdem inſignia.

Stirpe Comes Pratæ præclarus origine, multis
Dotibus insignis seclo celeberrimus orbe
Defunctus, statuis sua sic suprema voluntas
Hac Cardinalis Pileus tumulatur in vrna.

Martinus 5. Papa inde suis litteris iussit quod imposterum Com perpetui sint prædicti Emin. Gard. Pratensis Reuerendissimi Episcopus Patauinus, Prior Collegij Vtriusq; Iuris Doctoru antiquiores familiarum Zabarellæ, & de Leone nobilium P narum, vt etiam infra dicemus.

1400 Iubilæum Romæ celebratum est more antiquo, ob quod in V innumera multitudo religionis causat venit.

Benaticus Cimus s. R. Bartholomæus Caraffa s. R.

Malatesta de Malatestis senator Romæ.

Imp. cæs. Vvincislaus Aug. Imperio abrogatus est, & in eius loc creatus est.

Imp. cæs. Fridericus 4. Dux Brunsuicensis Magni fil. p. f. Aug P. R. Imp. Occid. qui paulo post occisus fuit.

Balthassar Cossa Cardin. Leg. Apost. Bononienses ad obbedien Ecclesiæ Romanæ redire compulit.

1401 Petrus Franciscus Brancaleo sen. Romæ.

1402 Petrus Stephanescus Cardinalis sen. Romæ.

1403 Bentes Bentiuolus Bononiensis sen. Romæ.

1404 Ladislaus Rex Neapolis, & Siciliæ sen. Romæ.

Imp. cæs. Rupertus Paruus Dux Bauariæ, & Co: Pal. Rheni Ru Electoris fil. Adolphi Tenacis Nepos p. f. Aug. 38. Occident. Imp. sedit Ann. 10.

Ordo Canonicorum Lateranensium restitutus fuit.

Ordo Canonicorum Secularium s. Georgij in Alga Venetijs à B. rentio Iustiniano institutus fuit.

Admirandum prælium successit ad Montem Stellam inter Tamb num Tartarorum Regem, & Baiacetem 4. Turcarum Regem, quo duobus millionibus militum pugnatum est propè flumen phrates ab ortu vsq; ad Occasum Solis, Baiacetesq; victus, & ca fuit; & Euphrates maiori quantitate sanguinis quam acquarum xit in sinum Persicum. Baiacetes cauea ferrea inclusus Victori q ties æquitaret dorso subdito scabelli vicem præbuit, prandent ro iuxta mensam alligatus Canis in modum reliquijs proiect mensa famen sedare cogebatur. Obijt vero Tamburlanus eod anno quo Bonif. 9. mortuus est.

Annatarum solutionem pro subsidio Ecclesiastico instituit, ita q dimidiam partem reddituum primi Anni quisq; beneficium Ecc

siasti-

fasticum consecuturus persolueret, quare hac ratione, & alijs modis pecuniæ quantitatem summam collegit, ita quod Camaram Apostolicam ditissimam reliquit.

Cupiebat extinctionem Schismatis, & ideo ad se vocauit, celebriores Orbis Sapientes, quoad perijt etiam Franciscum Zabarellam Patauinum I. V. D. sapientissimum immo omnium sapientum Principem supremum, cum promissionibus ingentibus; quare celeberrimus hic vir secum Romam iturus duxit præclarum Virum Petrum Paulum Vergerium, qui in Epistola quam scripsit de morte huius Clarissimi Viri qui fuit inde Cardinalis, & obijt in Concilio Constantiæ, ita his verbis hoc factum declarauit. *Quamobrem interdum quidem ei domesticus fui, semper autem familiaris, & quem aliquando Doctorem habui, cum discendis iuribus vacarem, eum mihi iugiter amicum optimum, & patrem Amantissimum sensi. Romam primum eumdem comitatus sum, cum tollendi huius pestiferi Schismatis causa Concilium daturus vocaretur, & tunc quidem vt vulgo ferebatur promotus fuisset Cardinalis, nisi Bonifacius 9. qui Ecclesiæ praerat, pridem didicisset magis exstimare pecuniam, quam virtutem, quarum alterius inops erat, alterius opulentissimus. Cum igitur audire ille magis vellet, quo facto stabiliretur ei Papatus, quam quo Schisma de Ecclesia tolleretur, nec pateret via, qua in vtrumq; bene contuli posset, inutiliter actum est à nobis illud iter, quod magna expectatione susceptum fuerat.*

04 Innocentius 7. Papa 206. Cosmus Melioratus antea dictus Sulmonensis. Fuit prius Archiepiscopus Rauennæ creatus loco Cardinalis Pilei Pratensis, mox Episc. Bononiæ, & inde Cardin. à Bonif. 9. creatus; ac tandem Papa loco Bonifacij 9. factus iure iurando adactus, vt in Ecclesiæ vnitate ineunda etiam cum depositione Pontificatus ipse operam daret. sedit Roberto cæsare Annis duobus diebus 21. In Schismate contra Benedictum 13.

05 Ioachimus Comes Montis Dulcis senator Romę.

06 Io: Franciscus Panciaticus s. R. Petrus Franciscus senat. Romę.

06 Romę seditiones, & tumultus maximi orti sunt contra Pontificem absentem, qui tandem Vrbem venit, & summis honoribus à Romanis subter pallium exceptus, Capitolium quod à Pontifice defecerat se Papę dedidit. Ladislaum Neapoli Regem tot malorum auctorem anathemate Pontifex damnauit, & regno priuauit.

Innoc. 7. in Ordinatione vna 12. cardinales creauit.

1 Chunradus Caractiolus Neapol. presb. card. s. Chrysogoni nob. ex Curia Nidi ob. 1411.

2 Angelus Corarius Venetus presb. card. s. Mariæ inde Greg. 12. Papa.

3 Ior-

3 Iordanus Vrsinus Roman. Archiep. Neapol. Ep. Card. Albar
Concilijs Pisani, & Constantiensi Ecclesię dignitatem, &
rem constantissimę tutatus est, pro eiusdem vnitate maxime
rauit. Prout, & Eugenium Papam contra Basiliensem deffen
4 Ioannes Meliorатus Sulmonensis presb. Card. s. Crucis in Hieru
ob. 1410.
5 Fr. Petrus Philargus Cretensis Bononia oriundus Ordin. Min.
card. inde Alex. 5. Papa.
6 Antonius Archionus Roman. presb. card. s. Petri in vincula ob.
7 Antonius Caluus Roman. presb. card. s. Marci Archipresb. s. Pe
1411.
8 Otho Columna Domicellus Roman. Diac. Card. s. Georgij in Ve
inde Papa Martinus 5.
9 Petrus Stephanescus de Hannibaldis Roman. Diac. cardin. s.
ob. 1417.
10 Ioannes Ægidij Normandus Gallus I. V. D. Diac. Sa. Cosmę, &
miani ob. 1407.
11 Franciscus Hugucionius Vrbinas presb. card. Ss. 4. Coronato
ob. 1412.
12 Antonius Caietanus ex presb. card. s. Cecilię Episc. card. Prenest

Gregorius 12. Papa 207. Angelus Corrarius antea dictus. Patrit.
de quo ipse egi in libro Italico *il Corelio* nuncupato. Creatu
Papa,

1394 Benedictus 13. Antipapa Petrus de Luna antea vocatus, à Gregor.
card. creatus est, inter fuit creationi Clementis 7. antipapę, &
tes suas tutatus est semper, quo vero defuncto ipse Pontifex c
tus fuit cum iuramento, quod quotiescumq; cardinales eum re
rerent pro tollendo schismate Pontificatu se abdicaret, ita tam
& alterius partis Pontifex idem pro vnitate facienda prestaret.
etiam electus eadem iuramento repetijt, & confirmauit. sedit A
30. Vvincislao, Roberto, & Sigismundo Cęsaribus.
Benedictus inito Pontificatu legatos misit ad Bonifacium 9. rogatu
vt vterq; ipsorum Pontificatu se abdicaret, & tertius eligeretur
schisma tolli possit. Bonifacius vero respondit se esse verum Pe
Benedictum vero adulterinum. Qui postea stabilita sua sede inst
tijs sibi à Principibus factis respondit. Se Deum offensurum, si
clesiam Dei desereret, cui Pater, & Patronus consensu, & votis
rum ad quos pertinuit non furtim, sed aperte electus fuit; i
nolle se in dubium ponere, quod iustis suffragijs sibi dimandat
fuit. Ordinationibus 5. creauit Anticardinales 23. inter quos.
1 Petrus Serra Hisp. Diac. card. s. Angeli, qui cũ alijs nouem Cardin
bus

bus Gallis Benedicto deſerto Piſis Alex. 5. delegit. ob. 1400.

2 Ludouicus de Barro Regio Francorum Regum ſanguine ortus Diac. card. s. Agathę fuit in Concilio Piſano pręſens electioni Alex. 5. & in Conſtantienſi Martini 5. ob. 1425.

3 Antonius de Calancho Sabaudus Diac. card. s. Marię in Via Lata. Fuit in Comitijs Alex. 5. & Ioannis 23. à quo presb. card. s. Cecilię creatus fuit Benedicto relicto. Cum Franc. Zabarella Card. Florent. fuit Leg. Ap. ad Sigiſm. Imp. pro Concilij loco ſtatuendo, & Conſtantia electa fuit ſub Cęſaris poteſtate. Interfuit Conſilio Conſtantienſi, & Comitijs Martini 5. & paulo poſt obijt 1417.

Angelus Correlius card. creatus Papa iurauit abdicare, ſi Benedictus abdicaret; cum Benedicto multa contumelioſa acta ſunt, nam vterq; alterum decipere tentauit, quare omnes cardinales Piſas ad Concilium ſe contulerunt, vbi depoſitis ambobus Gregorio, & Benedicto Alexandrum 5. Pontificem elegerunt.

Benedictus audita ſua depoſitione ad ſuum Caſtrum Peniſcolę Regni Valentię ſe tranſtulit, vbi mala malis addendo ad augendum ſchiſma iterum creauit Anticardinales, inter quos.

4 M. F. Petrus de Fuxo Gallus Ord. Min. presb. card. s. Stephani; qui relicto Benedicto Conſtantiam ad Synodum acceſſit, & fuit in Comitijs Martini 5. ob. 1464.

5 F. Ioannes Martinus Murelius Hiſp. presb. card. s. Laurentij Bened. nunquam reliquit quoad in Concilio Conſtantię iterum damnatus fuit, & Martinus 5. electus quem Chriſti Vicarium ſalutauit, & card. confirmatus fuit. ob. 1420.

6 Alphonſus Carriglius Hiſp. Diac. card. s. Euſtachij; inde à Martino 5. confirmatus ob. 1434.

7 Petrus Fonſeca Luſitanus Diac. card. s. Angeli à Martino 5. Leg. in Hiſp. ob. 1422.

Benedictus in Concilio Conſtantię publico decreto depoſitus, papatuſq; ei abrogatus eſt 1417. 7. kal. Aug. Non autem paruit, ſed vſq; ad mortem inſignia retinuit.

Gregorius 12. Papa 207. Angelus Corarius ſiue Corelius Venetus antea dictus creatus fuit a 13. Cardinalibus ea lege iuramento firmata, vt quanto citius Pontificatu abdicaret, ſi Benedictus 13. idem faceret, vt pariter ipſe promiſerat. De ipſo, & ipſius familia librum edidi lingua Italica dictũ *Il Corelio*, ideo hic aliud non adeã. Sedit in Schiſmate contra Benedictum 13. Alex. 5. & Ioannem 23. Ann. 6. M. 1. Imperatoribus Vincilao Roberto, & Sigiſmundo. Promiſit ſe abſtinere à creatione Cardinalium, attamen contra fidem, & iuramentum creauit cardinales 14. Inter quos fuerunt iſti.

*Io:* Dominic. Florent. Ord. Prędi. card. s. Xiſti vir Sanctitate, & doctrina

ctrina conſpicuus, ſcripſit enim libros quamplurimos eruditiſſimos, & apud ipſum Greg. 12. tantum valuit, vt reduxit ipſum ad deſerendum Papatum, & ipſe à Concilio card. confirmatus fuit.

2 Antonius Corarius Venet. Papę fratris filius patr. Conſtantinop. presb. card. s. Cryſogoni inde Epiſt. Port. Oſtienſ. & Velitrenſis.

3 Gabriel Condulmerius Papę ſororis filius Celeſtini Ordinis Epiſcopus Senenſis presb. cardin. s. Clementis demum Eugen. 4. Papa.

4 Iacobus Vtinenſis Prothon. Apoſtol. Diac. card. s. Marię Nouę.

Ladislaus Rex Neapolis Romam ingreſſus in cœnobio s. Cryſogoni exceptus à Romanis, omnes magiſtratus creauit, portaſq; & muros Vrbis refecit.

Gregorius imperandi dulcedine allectus, optimam voluntatem renuntiandi mutauit, ideo cum de loco eligendo, quo ſine periculo ipſe, & Benedictus conuenirent ſermo haberetur: Gregor. Vrbe exiens Senas primum inde Lucam acceſſit, Benedictus vero Sauonam, qui locus ſtatutus Conuentui erat, aduenit. Sed quia cum de re inter eos non conuenirent, ab vtroq; Cardinalium cœtu, vt colluſores, & periuri deſeruerunt. Qui piſis generali Concilio indicto vno conſenſu Gregorium, & Benedictum Papatu priuarunt de conſenſu Omnium nationum Chriſtiani nominis. Gregorius autem Concilio non paruit, Senas, Ariminumq; ac inde Caietam acceſſit, ac tandem Ariminum aufugit nouoſq, alios Cardinales creauit, quo tempore piſis creatus fuit Alex. 5. papa vt infra dicemus; cardinalesq; fuere.

5 Ludouicus Brancatius Decr. Doct. Archiep. Tarent. presb. card. s. Mariæ Tranſtiberim tit. Caliſti.

6 Angelus Ciuis, & Epiſc. Recanatenſis Decr. Doct. presb. cardin. s. Stephani in Monte Celio.

7 Angelus Barbadicus Venet. Epiſc. Veronę Decr. Doct. presb. card. Ss. Marcellini, & Petri inde s. Praxedis.

8 Bandellus de Bandellis Lucenſis I. V. D. Epiſc. Arimin. presb. cardin. tit. s. Balbinæ.

9 Philippus Anglus Mag. in Theologia Epiſcopus Linconienſis presb. card. Ss. Nerei, & Achilei.

10 Matthæus Germanus Epiſcop. Vormacienſis Mag. in Theologia Orat. Ruperti Cæſaris presb. card. tit. s. Cyriaci in Thermis.

11 F. Lucas Manzolus Florent. Ord Humiliatorum Epiſcop. Feſulanus presb. card. s. Laurentij in Lucina.

12 F. Vincentius de Aragonia Hiſpanus prior Montisferrati Decr. Doct. presb. card. s. Anaſtaſię.

13 Petrus Maurocenus Venetus Philoſophus, & I. C. inſignis Prothonotarius Apoſtol. card. s Marię in Dominica.

14 Octauianus de Octauianis Florent. presb. card.

Qui cardinales tales habiti non fuerunt vſq; ad abdicationem factam a patruo

patus à Gregorio in Concilio Constantię, tunc autem pro bono pacis ex Concilij sententia in Cardinalium numerum recepti fuere.

Ordo siue congregatio s. Saluatoris Bononię à Stephano Senense Ord. Eremitarum s. Augustini institutus 1408.

Congregatio s. Iustinę Paduę, quę postea Casinensis dicta est à Ludouico Barbo Veneto instituta fuit 1409.

Floruerunt hoc tempore 1409. Viri doctrina pręstantes Franc. Zabarella Patau. I. V. D. supremus inde cardinalis. Io: Dominici Ord. Pręd. & Petrus de Aliaco Camerac. Episc. Omnes. S. R. E. cardin. Ioannes Germ. & Nicolaus de Clemangis Theologi clari.

Ioannes Cingulo sen. R.

Iannotus Torri s. R.

Christophorus Gaetanus s. R.

Gregorius 12. sponte per Procuratorem suum Carolum Malatestam Arimini Domicellum pro bono pacis, & schismate tollendo absens in Concilio Constantiensi ob eam causam congregato pontificatu abdicauit, cum idem paulo ante Ioann. 23. fecisset. Quare ex Synodi decreto ipsemet Gregorius creatus fuit Episc. cardin. Tusculanus, Collegij Decanus, & Piceni Legatus perpetuus, cunctis eius actibus confirmatis, & cardinales ab eo creati, qui pro cardinalibus non fuerant habiti, ex Concilij decreto in aliorum Collegium ascripti sunt qui fuerunt supradicti. Sedit An. 8. Men. 7. Dies 5.

Alexander 5. Papa 208. Petrus Philargus antea dictus Cretę natus Bononię vero Oriundus; In Concilio Pisano creatus post depositionem Gregorij, & Benedicti vt sup. diximus Phil. & Theol. insignis Ord. Minorum, sedit Mens. 10. Dies 8. Roberto Cęsare. Hic instituit morem mutandorum titulorum inter cardinales, vt vsq; adhuc seruatur.

Veneti, & Florentini obbedientiam prestiterunt Alex. 5. aliis duobus neglectis, qui ideo inde à maiori parte Italię, & Europę veneratus fuit. Bononiam inde se contulit, & ibidem mortuus est.

Ioannes 22. dictus 23. Papa 169. Balthassar Cossa antea Vocatus Neapolit. fuit antea Bononię Archidiaconus & Protth. Apostol. & inde Diac. card. s. Eustachij, & Flaminię Legatus. In prouinciam accedens Io: Galleatio Duce Mediolani vita functo, Bononiam obtinuit pulso illius prefidio, ac nouem annis integre, & summa cum laude administrauit, aliaq; oppida Tyrannis sublatis recepit; Auctor fuit Concilij Pisani. in quo creatus est Alex. 5. Papa, à quo Legatus Bononię confirmatus fuit, quo defuncto ipsi successor creatus fuit à 16. cardinalibus pręsentibus, sedit Annos 5. Dies 15. Roberto, & Sigismundo Cęsaribus.

11. Ioannes [illegible] papa creauit 14. cardinales Omnium [illegible].

[illegible] Dominicus [illegible] V. D. ex patriarcha Gradensi, Constantinopolitanus [illegible] S. Crucis in Hierusalem.

[illegible] Petrum Gomez Fernandiensis patriarcha Alexandrinus [illegible].

[illegible] Archiepiscopo Tarentino, [illegible] Vincentium Vincentinum, & sapientia sui temporis [illegible], missus ad regem Francorum Nuntius [illegible].

[illegible] Episcopo Conimbricensi Archiepiscopus [illegible] ad Vincula tit. S. Eudoxiæ.

[illegible] Petrus Barrantus Episc. Cameracensis presbyter [illegible].

[illegible] Ioannes Hispanus Episcopus Tudertinus presb. cardinalis [illegible].

[illegible] Ioannes Antonius de Sanctis Neapolit. Episc. Tricaricen. [illegible].

[illegible] Ioannes Garsias Millinus Episc. Malacitanus Auditor Rotæ, presbyter [illegible].

[illegible] Ioannes Dominicus Dunelmensis presb. card.

[illegible] Robertus Anglus Episc. Lincolniensis presb. cardinalis.

[illegible] Aegydius de Campis Gallus Diac. S. Confessor Regis Francorum [illegible].

[illegible] Ludouicus de Flandria Romanæ Ecclesiæ vicecancellarius Apost. Diac. cardinalis S. Mariæ in Cosmedin.

[illegible] Franciscus Conterius patriarcha [illegible] S. Episcop. Florentinus Diac. cardinalis S. Cosmæ & Damiani. Decanus vtriusq; Ecclesiæ legatus Bononiæ, Scandianus, Perusinus, Regius, & tot alijs Infra tamen [illegible].

[illegible] Guillelmus Cenomanensis Gallus presb. card. S. Marci.

[illegible] Simon Grimaldi Genuas archiepiscopus Arelatensis patriarcha, Alexandrinus presb. card. S. Laurentij in Lucina.

[illegible] Iacobus [illegible] Bononiensis Miles & V. D. Diaconus cardinalis Eustachij.

1410 Romanus Imperator obijt Kal. Iunij. Huic successit Regnum Mens. 2. D. 4

Imp. cel. Sigismundus Barbato Marchio Brandeburgh creatus Romanorum Rex ierit Menses [illegible].

Imp. cel. S. Sigismundus Carol. 4. Augusti F. Bohemiæ, & Hungariæ Rex P. P. Aug. Imper. 40. P. R. in Occidente, Iedit Ann. 27.

1412 Ces. Iacobus Zabarella Eques senator Romæ.

1413 Ricardus Aldrobrandinus S. R. Fel. Paulus Emmodius S. R.

Innocentius Antiquus Leoncellus S. R. Iacobus Zabarella Co. Podij S. R.

Nicolaus Thedeschus S. R.

1414 An.

4 Antonius Grossius S.R. Iannotus Tortis. R.

Ioannes 23. papa Synodum indixerat Laude Pompeię; sed ad Concilium Constantię citatus ad tollendam schisma misit in Germaniam duos Cardinales videlicet Franc. Zabar. & Ant. de Calancho qui vna cum principibus Gallis, & Germanis Constantiam elegerunt, locus enim ille omnibus commodior iudicatus fuit. Eo itaq; ad certum diem profiscuntur nationes, prout & Ioannes 23. ibidem se contulit vna cum viris omni genere doctrinę prestantibus, & paulo post Sigismundus Imperat. quoq; cum principibus peruenit,

1414. Die 5. Nouembris Ind. 8.

Sacrosancta Synodus Constantię inchoata fuit, nam missa de Spiritu Sancto cantata per D. Ioann. 23. papam, inchoatum fuit Sacrosanctum Generale Concilium Constantię, & tunc Card. Florent. ex pulpito dixit quod prima Sexto erit die Ven. sequentis in qua actum erit de pertinentibus ad prosecutionem Concilij, & vnionis faciendę. In secunda Sessione Reuerendissimus card. Zabarella Florentinus nuncupatus stans in Thalamo legit Schedulam renuntiationis papę Ioannis 23. cuius tenor hoc est;

Ego Ioannes papa 23. propter quietem totius populi Christiani profiteor Spondeo, promitto, iuro, voueoq; Deo, & Ecclesię, & huic Sacro Concilio sponte, & libere dare pacem Christianę Ecclesię per viam meę semplicis Cessionis papatus, & eam facere, & adimplere cum effectu iuxta Deliberationem presentis Concilij &c.

Cum autem negaret exequi dictam Schedulam, & deponere pontificatum, immo ipse noctu clam discessit fugiens, quo recognito, Concilij, & Imperatoris iussu de fuga retractus Sellis honesta custodia seruatus est, & tunc contra eum processus formatus fuit, & articuli multi probati.

Ioannes 23. papa pontificatum renuntiauit cum sedisset Ann. 5. D. 15.

Cum autem multoties fugere tentauisset, hoc à Concilio cognito ne seditio aliqua oriretur, seu quod vnio impediri posset decretum fuit vt traderetur Ludouico Duci Bauariæ custodiendus nomine Concilij. Qui ipsum tenuit in Castro nominato Celebes sine vllo seruo Italico, tandem Ann. 1419. fuga se liberauit.

Franciscus Zabarella Diac. card. SS. Cosmę, & Damiani Florentin. vulgariter nuncupatus quia Florentię Episcopus erat, A Concilio præfectus Moderator, & Arbiter creatus fuit, quare inde ipse præsedit quoad vitam egit, & omnia in Concilio acta sui interitu facta fuere.

Deputati inde fuere Oratores à Concilio ad Regem Aragonum, & ad requirendum Benedictum 13. vt renuntiare deberet, & ad alia facienda, sed ab eo nihil obtinuerunt.

1416 Die 15. men. Octob. Auditi sunt Oratores Regis Aragonum, ca
bus actum fuit super facto Petri de Luna: Qui Oratores nomi
gis, & regni sui ita concluserunt. Omnia, & Singula decre
tuta, conuentionesq; per Ss. Synodum Constantię factas. A
mus, assentimus, approbamus, & solemniter confirmamus.

Antonius Taxal autem vnus ex dictis Oratoribus fecit Collatio
commendationem Regis, & Reginę Aragonum assumens p
mate *Rex tuus venit* Matthęi 21. Qua collatione facta in Consi

Reuerendiss. pater D. Franciscus Zabarella titulo Ss. Cosmę, &
ni Diac. cardin. Florent. nomine Synodi ex improuiso resp
do Antonio Taxal fecit aliam Collationem dicens *Exultemus
in Domino*, & post ipsam omnes inceperunt cantare *Te Deum
mus*.

Sessione 23. Ss. Synodus decreuit mittere Deputatos Insignes in
niam ad examinandos testes, & citandum personaliter Bene
13. Quare electus fuit Reu. D. Franc. Cardin. Florentinus ip
sunt alij qui secũ irent, ideo ipse in sua senectute hyeme med
sactis Pireneis cum suis transiuit in Nauaram, & Aragoniam, v
ma cum diligentia examinauerunt Reges, Reginas, Episcopo
tos, Principes, & Proceres, aliosq; testes generis cuiuscumq
aggressi sunt Penischolam vbi Benedictus 13. redactus erat, q
erat sui iuris, & munitissimus; attamen per vim intrauerunt
dem castrum, & Benedictum personaliter inuenerunt, &
luit obbedire Concilio ipsum citauerunt personaliter ad eũde
cilium, riuersiq; sunt inde Constantiam.

Sessione 30. Facta fuit rellatio gestorum in Hispania, & de pers
tatione Benedicti. Quare diebus opportunis inde vocatus fu
luas Ecclesiæ, & vti contumax depositus, priuatus Papatu,
municatus Die 26. Iulij 1417.

Extincto itaq; pessimo schismate quod per annos 40. duraue
aliud deerat quam electio vnius soli, & veri summi Pontifici

Reuerendissimus D. Franc. Zabar. Card. Florent. omnibus præs
omnibus anteibat, eumq; omnes cupiebant, & ab omnibus i
deratus, & vocatus erat. Sed quia Concilium partem in ele
habere cum Cardinalibus volebat, natæ sunt dissensiones acc
Tunc card. Florent. ob nimios labores ægrotabat; sed quia
crescebant cum periculo exterminij totius Synodi. Pogius
eius actione ita scribit. *Mitto catera multa qua longum esse
Quid ille paulo antea nobis inspectantibus fecit? Mementote
bulentissimi diei, & eum ponite ante oculos vestros illius te
vere dicam tumultum, cum frequentes omnium atatum ordi
tionum homines in illam concionem conuenissent. Reuoca
vestris grauitatem rei (de suprema eius salute agebatur) dis*

varias multorum ſententias, nonnullorum trepidationem. Quis enim fuit vultus? Quanta ſignificatio animi, & conſtantia? Qualis illa Oratio? Quam plena dignitatis, & prudentia. Cum nunc moneret, nunc hortaretur, nunc acriter obiurgaret eos, quorum opera his diſcordiarum ſtudijs excitabatur. Stupebant omnes, admirabantur tantam vim dicendi fuiſſe in eo, quem propter aduerſam valetudinem vix loqui poſſe credebant. Et poſtremis verbis clamans inquit eam orationem fuiſſe ſuum teſtamentum, cum ſe ſe ita comparaſſet, vt pro vnitate Eccleſiæ vellet animam profundere. Cum autem nimijs laboribus in grauiſſimum morbum incidiſſet victus amicorum precibus delatus eſt ad balneas vix reſpirans. Vbi cum paululum recreatus videretur, non expectauit firmam valetudinem, rediit ad opificium ſuum, & labores conſuetos. Nam tum flagitabatur ab omnibus reditus ſuus, tum ſcelus putabat ſe comiſſurum, ſi vel parvo tempore deeſſet publicis commodis. Itaq; rediit, & adeo inanis virium, vt opus eſſet, ſi quem ad locum profiſciſci vellet, aliorum manibus ſuſtentari. Itaq; cum vis morbi ingraueſceret in diem, nullam autem ſibi requiem daret, nihil ſibi parceret, nihil indulgeret, vigilando, conſulendo, laborando, mole rerum, ac laſſitudine confectus expirauit; &c inferius. Nec vero dubium eſt, quin ſi viviſſet diutius, Summo Sacerdotio functus eſſet. Nam omnes ſummi, infimi, mediocres culmen illud Pontificium ad eum vno ore deferebant, illum maxime dignum aſſeuerantes, qui Eccleſiaſtica Reipublicæ gubernaculum teneret.

P. Paulus Vergetius autem addit. Vidi tamen antiquam moreretur vnitam Eccleſiam in Generali Concilio. Vidi nihil ad huc reſtare quam ſummi Pontificis electionem: quo quidem gradu dignus erat, quod proximum ita exiſtimabatur, quod vero non vltimum, vt illo potiretur deſiderabant omnes. Huius Eminentiſſimi Cardinalis memoria viſitur in dicta Aula Heroum vt ſupra diximus inter fenestras verſus Ortum, vbi eius effigies extat manu Titiani pictoris famoſiſſimi cum hoc elogio ipſi à dicto Ioanne Cauacia compoſito ad num. 21. cuius effigiei loco ipſius numum hic addam.

Fran:

Franciſcus Zabarella Patauinus Chriſtianę Reipublicæ Tutor Cardinalis merito creatus, ſuis immortalibus Commentarijs, quæ in manibus ſunt Iuris Pont. Enigmata Nodoſq; ſoluit. Cum omni virtute Tum vitæ integritate admirandus. Religionem noſtram diſcordijs Præſidum nutantem Concilio Conſtantienſi in priſtinam Sedem reſtituit, Quo Omnium conſenſu Pontifex deſtinatus, Octuageſimum fere ætatis Annum agens humanis exceſſit 1417.

Obijt itaq; Anno D. 1417. die 23. Septembris Franciſcus Zabarella Cardinalis Florentinus nuncupatus in Generali Concilio Conſtantiæ omnium bonorum mœrore, vbi ſumma pompa ipſius funerales celebratæ fuerunt coram Concilio, ſeu toto Orbe quot alius Cardinalis, Papa, nec Imperator nemo; Imperator vero Sigiſmundus, qui eum plurimi faciebat, venerabaturq; comitatus eſt funus multoties intuens Mortuus eſt Papa ſine mitra, clariſſimuſq; Orator Pogius Florentinus Oratione elegantiſſima funus ornauit, Imperator autem Sigiſmundus ipſius intuitu Comitem Iacobum Zabarellam eiuſdem Nepotem creauit ſuum Cubicularium Conſiliarium Comitem, & Baronem interq; Draconici Ordinis Equites deſcripſit, maximiſque honoribus, & priuilegijs decorauit, Magnificum Venerabilem, & Illuſtrem dixit cum fratribus, & Zabarellam Regiam familiam dixit, & ab omnibus nuncupari iuſſit. Corpus ſuum Patauium in patriam translatum fuit, & in Eccleſia Cathedrali conditum (cuius olim Archipresbiter fuerat prout, [illegible] Epiſco-

Epiſcopus electus) in Mauſoleo valde inſigni, vbi quoq; hodie conſpicitur in Sacello B.M.V. maximo familiæ Zabarellæ ius patronatus, ſuper quo ſunt hæc ipſius inſignia, & ſub eo iſtud Epitaphium legitur.

Epitaphium.

ncifco Zabarellæ Florentiæ Archiepiſcopo Viro optimo Vrbi, & Orbi gratiſſimo, Diuini humanique Iuris Interpreti præſtantiſſimo, in Cardinalium Collegium ob ſummam ſapientiam cooptato, ac eorundem animis Pontifici prope Maximo Ioanne 23. eius ſuaſu abdicato ante Martinum 5. ob ſingularem probitatem in Conſtantienſi Concilio deſtinato. Ioannes Iacobi Viri Clariſſimi filius id monumenti ponendum curauit.

Vixit Annos 58. Obijt Conſtantiæ 1417.

ncifcus Zabarella Cardin. Florentinus etiam omnium conſenſu ummus Pontifex vocatus, declaratus, & expectatus, & ideo Pontificalia exercebat ſed quia Deus ipſum in Cœlum vocauit, alium ligere opus fuit.

o Columna Domicellus Rom. cardin. s. Georgij creatus fuit papa; vocatus eſt Martinus 5. quia Die 11. Nouembris in feſto s. Martiſecuta fuit ipſius electio vt infra dicemus in parte quarta huius ulæ Heroum.

In ipſo

In ipſo Concilio obierunt Bandellus de Bandellis, Landulphus Mamaurus, & Franciſcus Zabarella S.R.E. Cardinales, & tamen tantum memoria viget, & eiuſdem funeraliam cum Orationi gni facta à Pogio coram Concilio Generali, Imperatore Sigiſmundo, & quampluribus Principibus Regulis, & Domicellis.

1415 Ioannes à Floribus Senator Romæ.

1417 Brachius Montonius Senator Romæ.

Brachius à Montone Peruſinus Roma potitus, magiſtratus creauit, cemq; Sancti Angeli oppugnauit, ſed acceriſſime eam tenentib qui pro Regina Neapoli eam tuebant, licet multis machinis, tormentis impetitam expugnare non potuit.

Sforza autem à Regina miſſus in Vrbem venit cum auxiliaribus copi vt obſeſſis in arce s. Angeli auxilium ferret, Brachium ab obſidio impediuit, & in fugam miſit.

Iordanus Sazo, Petrus Berinquellus, & Auguſtinus Romanus ex O dine Fratrum Eremitarum s. Auguſtini fuerunt Theologi inſignes.

In Concilio Conſtantiæ damnata fuit hæreſis Ioannis Vviclephi, duo ex ſectatoribus ſuis combuſti ſunt, nempe Ioannes Hus, & Hi ronymus de Praga eius diſcipuli hæreſiarchæ.

*Finis Libri Tertij.*

# VLA HEROVM
## SIVE
# ASTI ROMANORVM
## MARTINO V. PONT. MAX.
### Vſque ad Annum 1670.
## COM. IACOBI ZABARELLÆ.
### Pars Quarta.

Artinus 5. Papa 210. Otho Columna antea dictus Agapiti Domicelli Romani filius, creatus in Concilio Conſtantiæ à 28. Cardinalibus præſentibus, & à 30. Electoribus Deputatis à Concilio nationum Italicæ, Gallicæ, Germanicæ, Hiſpanicæ, & Anglicæ, ſex nempe pro qualibet natione dicto anno 1417. Die 11. Nouembris ſancto Martino dicato, quare Martinus vocari voluit.

Adeptus tantum gradum cum reſtaret caput Hydriæ Petrus de Luna cum ſuis Anticardinalibus peniſcholæ, tam quam in arce ſchiſmatis ſe continentes, miſit Alemanum Adimarium Cardinalem doctiſſimum Legatum ſuum ſi latere in Aragoniam, qui ſub pœnis, & cenſuris Petrum admoneret, vt ſe Pontificatu abdicaret; Qui his auditis cauillose reſpondit, & parere noluit, quare ex ſuis ſex cardinalibus quatuor eo relecto ad Martinum tranſiuerunt, à quo Cardinales confirmati fuere, alij duo cum Petro perire voluerunt. Et tunc Omnis Hiſpania ſecuta eſt Martini auctoritatem, prout, & inde Scoti, & Armeniaci, cum tota Republ. Chriſtiana.

Pontifex inde benemerētibus ſatisfacere volens multos exaltauit ad gradus, & dignitates, aliosq; muneribus ditauit, & decorauit, ſed præ cæteris Baith. Zabarellā Franciſci Card. Florent. qui pro laboribus in Concilio diceſſerat, fratris filium Annorum 18. iuuenem optimum, & virtutibus inſignem ſponte, & motu proprio Protho-

notarium ſuum creauit omnium Cardinalium, & totius Coe
apoſtolatu, & conſcio[ll]i prout ex litteris ad ipſum miſſis, &
tis quibuſq; ſciri poterit, inter quas has duas tantum hic adiicere
creui. Cardinalium Adimarij, & de Comitibus.

## ALEMANNI ADIMARII FLORENTIN
### S.R.E. Cardinalis, & Piſani Antiſtitis
### EPISTOLA.

A. CARDINALIS PISANVS CHARISSIM
Filio noſtro Domino Bartholomæo de Zabarellis,
Domini Noſtri Papæ Protonotario.

*LILI chariſſime poſt ſalutem. Hodie Sanctiſſimus Dominus N
Summus Pontifex, conſiderans egregia erga Dei Eccleſiam me
bona memoriæ Patrui veſtri tum etiam permotus fama veſtra in
lis, de qua multa ſibi erga doctrinæ ac virtutis ſtudium referr
accedente interceſſione Dominorum Cardinalium Vos fecit Protonotari
ſnum, vt & vos honore iſto erigeret ad ſpem maiorum, & ad ſapientia
incitaret. Vos itaque hanc dignitatem ita ſuſcipite, vt exiſtimetis me
intra[ll]entum adhibitum eſſe vobis ad imitandum meres, & benitatem
cuius memoriæ intuitu hoc factum eſt, ſimulque exiſtimate, ſi prope confid
probitate, & doctrina profeceritis, non hunc gradum finem dignitatis
futurum, ſed aditum maiora atque ampliora conſequendi. Itaque toto a
totaque mente incumbite, vt & ſcientia legum ceterarumque diſciplinar
quæ ſunt libero homine digna, & bonis moribus, & integritate vita decor
animum veſtrum, vt D. N. Papa Dominique Cardinales, qui vos diligun
Domino, ad augendum in diem huic honorem in vos collatum veſtris me
incendantur, ne cum Patrui optima fama, & virtus, ac hominum ſtudia
bis affint, voſmetipſi vobis videamini defuiſſe. Nos quidem propter ſumm
amicitiæ vinculum, quæ nobis fuit cum patruo veſtro, vos ſuij loco haben
prout moriens ipſe voluit. Itaq; omnia officia optimi Patris præſtabimus ve
neque vllam facultatem aut occaſionem prætermittemus veſtri ornandi, ſ
lum imitari volueritis in omni vita, qui vos nobis reliquit in filium. Erg
optima virtuti prout cepiſtis operam date, atque efficite, vt non ſolum ba
gnitate, ſed ampliore dignus eſſe videamini. Ad nos autem tanquam ad
rentem veſtrum in omnibus rebus veſtris volumus recurratis ea mente, vt
exiſtimetis tam arduum, aut tam difficile quod non impetraturum vos eſſe a
bis confidetis.*

Dat. Conſtantiæ 30. Ianuarij 1418.

LV

# VCIDI DE COMITIBVS ROMANI S.R.E. Cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmedin EPISTOLA.

## CARDINALIS S. MAR. IN COSM. Reuerendo in Christo Patri D. Bartholomæo de Zabarellis Domini Nostri Papę Protonotario, vt fratri Cariss.

*Reuerende Pater, Amice tanquam frater Carissime, post votiuam salutem. Ob illius quondam Reuerendiss. D. Cardinalis Florentini Patrui vestri memoriam, quæ in benedictionem sit. Hodie coram Sanctiss. D. Nostro inter quamplurimos ex Reuerendiss. Patribus D. Cardinalibus in memoriam venistis, & de laudabilis studij vestri via spe cepta imitandæ virtutis Patrui vestri prædicti, præfatus Dom. Noster cum ralitate summa gratia sua vos ad Protonotariatus sui dignitatem promoue- lignatus est. Quæ dignitas cùm præclara sit, & olim ac nunc potissimum uentissimè exoptata, & à plurimis non obtenta, & quidem summis viris, vobis ratione fieri debet gratior, quo de liberali sinu Domini Nostri vobis la, vti solet precum importunitate prouenit. Ei itaq; à quo datum omne mum, & præfato Virario eius dignissimo gratias agite, vobis calcaria adij- ites in prosecutione virtutum, vt ad quod vos splendor patriæ trahit, & in- it, ad id tandem eo producente qui nouit, & prouehente qui potest iuxta ex- tationem perueniatis, quam verisimiliter de imitanda patrui industria susti- is. Nos autem in præmissis vobis tanquam fratri vires gratas præstitimus, ndentes similiter facere in futurum in his quæ virtuti vestræ conuenire no- imus, vt pro fratre; ad quæ non hæsitantem sed currentem, vt fama est, beneuole incitamus. Etiam propter eam, quam ad recolendæ memoriæ rui vestri dum adhuc in humanis ageret reuerentiam affectionemque habui, is libente ac liberali animo fecimus, facereque pro posse intendimus, quæ mmoda sint, & statum vestrum augentia ac honorem.*

Constantiæ 29. Ianuarij 1418.

quibus litteris facile cognosci potest, quam insignis est Dignitas Protho- otarij Apostolici, quæ Bartholomeo Zabarellæ vltro concessa fuit.

1418 Verum cum Ann. 3. Men. 5. Dies 15. Concilium duraſſet cu
Prælatorum, & Eccleſiarum incommodo Anno 1418.
tus Anno primo 22. Kal. Maij Concilium Generale C
deſolutum eſt; & decretum fuit inde poſt Annos 10. a
cilium Generale Papæ olle conuocandum.

Anno dicto 17. kal. Maij Papa Martinus diſceſſit Conſtanti
Baudiam Mediolanum peruenit, & inde Mantuam, B
recuperauit, & Florentiam tandem venit die 6. Februar
mo honore ab illa Republ. excéptus fuit, diuertit ad
S. Mariæ Nouellæ Ord. Prædic., vbi ſemper manſit
Florentiæ fuit.

Ioannes Spinellus Senator Romæ 1418.

Imp. cæſ. Ioannes Paleologus Andronici Aug. Fil. p. f. Aug.
Orientis ſedit Ann. 3. Men. 6.

1419 Ioannes Rainerius Sen. Romæ.

Dominus.... Hiſpanus Canon. Regularis presb. cardin.

Carolus de Vrrias Hiſpanus Diac. card. s. Georgij in Velabro

Alphonſus Corelius Gometij fil. Hiſpanus Diac. card. s. Euſt

Petrus Fonſica Portugalenſis Hiſp. Diac. card. s. Angeli.

Iſti relicto Petro de Luna Florentiam venerunt vbi oſculati
Martini Papæ, ab eo in Collegium Cardinalium conſcri

Balthaſſar Coſſa è vinculis liberatus Florentiam ad Martinum
maxima omnium admiratione exoſculatis pedibus Ponti
dem Verum Chriſti Vicarium ſalutauit, quare Martinus
eumdem in numerum Cardinalium deſcripſit, ac Epiſc
ſculanum creauit facriq; Collegij Decanum; verum po
menſes Florentiæ mortuus eſt, & maxima pompa ſepult

Creauit inde Martinus alios cardinales 17 nempe qui fuerun

1 Balthaſſar Coſſa ſupradictus Epiſc. card. Tuſculanus ob. 14
Ianuarij.

2 Ardicinus de la Porta Nouarienſis I. V. D. Diac. card. Ss. C
Damiani, loco Franciſci Zabarellæ in Concilio defuncti.

3 Hugo Luſignanus frater Regis Cypri Archiep. Nicoſiæ Di
s. Hadriani.

4 Ioannes de Rupeſcina Gallus I. V. D. Archiep. Rothomage
Conſtantinop. presb. cardin. s. Laurentij in Lucina, & S.
ce Cancellarius.

5 Domnus Ludouicus Alemannus Gallus I. V. D. Archiep. A
Vice Camer. & Prolegatus Bononiæ presb. card. s. Cec
non. Legatus. Fuit hoſtis accerrimus Eugenij 4. Papæ
cilio Baſileæ cauſa fuit vt Felix 5. Antipapa contra Eugeni
tus fuerit, quare vt auctor Schiſmatis ab Eugenio 4. priu
ſed inde à Nicolao 5. reſtitutus eſt.

6 Henricus fil. Ducis Lincastriæ Regio Anglorum sanguine ortus Archiepiscopus Vintonienſis presb. card. tit. s. Euſebij.

7 Ioannes Germanus Archiep. Pragæ presb. cardin. tit. s. Cyriaci in Thermis.

8 Antonius Caſſinus Ciuis, & Epiſc. Setiensis presb. card. s. Marcelli.

9 F. Nicolaus Albergatus Ciuis, & Epiſc. Bonon. Ord. Carthuſianorum presb. cardin. tit. s. Crucis in Hieruſalem. Fuit vir Pius Sanctus, ſtudiorum Amator Doctiſs. & eloquentiſſimus, ex cuius ſchola duo Romani Pontifices prodiere Nicolaus 5. & Pius 2. Ad Concilium Basileæ Legatus fuit cum plena poteſtate eligendi locum pro Concilio faciendo. Præfuit Legatus Seſſioni primæ Concilij Ferrariæ inchoati, & Florentiæ finiti, vbi & Græci conuenerunt cum Eccleſia Romana.

10 Raymundus Mayroſius Gallus Dec. Doct. Epiſc. Caſtrenſis presb. card. s. Praxedis.

11 Ioannes Ceruantes Epiſc. Burgenſis presb. card. s. Petri ad Vincula.

12 Dominicus Ram Hiſpan. Archiep. Tarracon. presb. card. S. Sixti Epiſ. Port. Fuit Iudex Aragoniæ in tribuendo regni ſucceſſione dubia Ferdinando primo 22. Aragonum Regi An. 1412.

13 Proſper Columna Papæ fratris fil. Domicellus Rom. Proth. Apoſt. Diac. cardin. s. Georgij in Vilubro.

14 Dominicus Capranica Rom. Doctor Doctiſs. Epiſc. Firmanus diac. card. s. Mariæ in via Lata presb. card. s. Crucis in Hieruſalem; Qui tamen à Martino 5. non fuit publicatus cum parum ſuper vixerit; Florentiæ tamen ab Eug. 4. publicatus fuit: Sub Nicolao 5. multas Legationes obiuit.

15 Iulianus Cæſarinus Roman. Diac. card. s. Angeli, inde presb. s. Sabinæ Martini Leg. in Bohemiam, inde Baſileam ibi Concilium indixit, & Legatus fuit ab Eug. confirmatus; ſed cum vidiſſet Concilium à vero deuieare, diſceſſit, & ad Eug. redijt, à quo Leg. miſſus Conſtantin. Ioannem Græcorum Imperatorem Ferrariam ad Concilium adduxit cum Patr. Conſtantinop. & aliis Græcis Viris inſignibus.

16 F. Ioannes Caſanoua Arago Ord. Præd. Ep. Elucensis presb. card. s. Sixti.

17 Guilhelmus Diuanus de Monte forte Gallus Epiſc. Maclouensis presb. cardin. s. Anaſtaſiæ; ſed hi duo non fuerunt publicati.

Dum autem Martinus 5. Florentiæ morabatur Oratores Imperatoris Græci ad eum venere, publicantes Græcos velle in ſententiam Latinorum venire, ſi æquę conditiones proponerentur.

Inſtantibus Romanis vt Pontifex Romam redire vellet, Martinus cum bona gratia Florentinorum diſcedere cupiens Ciuitatem illam metropolico honore decorauit, & illius Epiſcopum Archiepiſcopum creauit,

creauit, eiq; subiecit vt matri Velaterranam, Pisonensem, Fesulanam Ecclesias.

1420 Co. Balthassar Bridelli S. R. Ioannes a Pauli S. R.

1421 Romam peruenit Pontifex, & per viam Pontificiam pallio excep Palatium Vaticanum peruenit summis honoribus à S. R. Q. R. c mantibus omnibus Viuat Papa Martinus suitq; hoc Die 10. I Octobris 1421.

Stephanus Brachius S. R. Ioannes Mola S. R.

Thomas Seruano S. R.

1422 Bartholomæus Gonzaga S. R. Cola Magnus S. R.

Robertus Maximus S. R.

Tiberis die 29. Nou. adeo creuit vt per portam Flaminiam ingre totam Vrbem inundauit maximo Romanorum detrimento.

Aloysius filius Ludouici Regis Neapol. Romam venit, & à Pontif Regni Neapolitani titulum consequutus est, & iure quia à R na Ioanna adoptatus erat.

Cum autem tempus esset noui Concilij ex Synodi Constantiensis creto, missit aliquos Prælatos qui Papiæ illud inchoarent, ad qu nullus adhuc venerat nisi duo Abbates, ideo placuit differre, dum expectant, repentina pestis Papiam inuasit; vt Præsider Concilij Senas migrare putauerant sed legitimis causis dissolut fuit, & decretum fuit post septennium Basileæ celebrari.

1423 Ioannes Ludouicus S. R. Petrus Matteaceus S. R.

1424 Co. Vgolinus Planarij S. R. Robertus de Vrbe Veteri S. R.

Martinus Riguardati S. R.

1425 Carolus Cupis S. R. Valerius Cossus S. R. Carolus Lupius S. R.

Martinus 5. Annum Iubilæum Romæ celebrauit innumeris ad Vrb concurrentibus.

1426 Petrus Conradus S. R. Ioannes Nicola S. R.

1427 Franciscus Capulis S. R. Christophorus Maluicinus S. R.

1428 Io. Paulus Capuanus S. R. Nicolaus Magnus S. R.

Simeon de Montebono S. R.

1429 Franciscus Scanasurici S. R. Franciscus de Terretis S. R.

Vgolinus Farneto S. R.

Imp. cæs. Ioannes 4. Paleologus Manuelis Fil. p. f. Aug. Imper. P. R. in Oriente sedit Ann. 24.

1430 Actius Actis Senator Romæ.

Amurathes Turcarum Rex Imperium Turricum valde propaga multis prouincis occupatis.

1431 Rainaldus Alberio Senator Romæ.

Checus Baleonius S. R. Honuphrius Mannius S. R.

Concilium Basileæ inchoatum Die 21. Februarij quo die Martinus Papa mortuus est.

Turci

Turcis in Hungaria victi inducias decennales impetrarunt.
Floruerunt his temporibus viri clari, & insignes in omni professione.
Henricus à Segusio Decret. Doct. sapientiss. quem Ostiensem vocant fuit enim Cardinalis Ostiensis; Item Antonius de Butrio I. C. doctiss. Franc. Zabarella I.V.D. sapientiss. & S.R.E. card. obq; suam Eccellentiam per antinomasiam Cardinalis tantum, & cardinalis Florentinus nuncupatus, Paulus de Castro, Petrus Ancharanus, Ioannes Imolensis, Iurisconsulti famosissimi, ac denique Nicolaus Tudiscus cognomento Abbas Panormitanus celeberrimus fuit discipulus Cardinalis Zabarellę à quo iam Cardinali rubro galero induto in Collegio Patauino Laurea Doctorali corona fuit decoratus.
Laurentius Iustinianus Venetus Episcopus Castellanus, & inde Patriarcha primus Venetiarum.
Lingua Latina incrementum accepit opera Leonardi Aretini, Laurentij Vallę, & Hermolai Barbari Patriarchæ Aquileiensis.
Philippus Dux Burgundiæ instituit Ordinem militiæ Aurei Velleris num. 31. Carol. vero 5. Imp. auxit 20. alios, & sic sunt 51. & Carol. Hisp. Rex horum caput est.

Eugenius 4. Papa 111. Gabriel Condulmerius antea vacatus Venetus omnium cardinalium votis creatus fuit die 5. non. Martij Canonicorum Celestinorum Ordine. Sedit Ann. 15. Men. 11. Dies 21. Imperantibus Sigismundo, Alberto 2. & Friderico 4. Augustis.

Cum Columnensibus magnas habuit controuersias, quare etiam acte bellum ortum est, vnde multa mala euenere.
Carolus Militis Senat. Romæ.
Cinthius de Comite Senat. Romæ.
Sigismundus Imp. ad Eugenium conuersus inito cum eo fœdere, pax inter eos facta, publicataq; fuit summa omnium lætitia, ideo die 21. Maij Imp. Romã venit, fuitq; à Pont. Cardinalibus atq; à S.P.Q.R. magna pompa, receptus dieq; vlt. Maij fuit Sigism. aureo diademate coronatus in Basilica s. Petri ab Eugenio Papa.
Eugenius vt tutius staret Florentiam se contulit, vbi audito Bononiæ tumulto, & quod Marcus Condulmerius nepos suus Episcopus Auinionis, & Bononiæ Gubernator ab illis Ciuibus captus, & carceribus clausus erat; misit illuc Bartholomæum Zabarellam Archiepiscopum Spalatensem vt discordias leuaret, qui liberato è carcere Marco Gubernatore cum ipso ad Pontificem redijt; sed interim certior factus quod in Concilio Basileæ contra ipsum magna infortunia parabantur, & quod Concilium contra eundem contumaciam accusauerat, & ipsum Papatu priuauerat, misit suos

Amba-

[illegible] Concilium qui fuerunt predictus Archiep[illegible]
[illegible] & Episcopus Cenomanis, vt causam suam defen[illegible]
[illegible] quod non accedebant causa audie[illegible]
[illegible] Eugenij Papæ, & eiusdem acta,
[illegible] procederetur, & sic omnia quæ
[illegible]

Anno vero [illegible] Concilium Eugenius 4. Papa Basilien[illegible]
Concilium quod ante celebrabatur Ferrariam transtulit dic[illegible]
[illegible] Romani Pontificis a die consecrationis eundem loc[illegible]
[illegible] Concilij Præsides non assentirent m[illegible]
[illegible] Equitibus Equitem Patauinum, & I[illegible]
[illegible] egregium in eum animum meretur.

1438 [illegible]

Nicolaus Perottus scribit Eugenij anno quamplurima damna Ro[illegible]
[illegible] Cardinales Condulmerius Cardin. Carle[illegible]
[illegible] Papæ negot. & Romæ gerens nullam re medium afferret R[illegible]
[illegible] Eugenij magistratibus.

Senatores [illegible] cum summa auctoritate creati sunt.

Laurentius Iustinianus Senator Romæ.

[illegible] Eques Sen. Romæ creatus cito obijt.

[illegible] Romanus Lucianus Sen. Romæ.

[illegible] S. R. Petrinus Stadij D. Pollæ S. R.

1439 [illegible] Basilicam ab Eug. Papa vt Romani Imp[illegible]
[illegible]

[illegible] S. R. Palinus Strozzi S. R.

[illegible] Concilium Basilieale [illegible]
[illegible] 1437.

[illegible] Dux Austriæ p. t. dug. Imp[illegible]
[illegible] Mens. 9. Dies 27. Qui obijt 4[illegible]
[illegible]

[illegible] Græcis Concilium
[illegible]

Augustus Senatus S. R. Franciscus Salimbene S. R.

1439 [illegible] Senator fuit vt infra dicemus.

1439 Augustus Senatus S. R. Jacobus Justinus S. R.

Bernardus Bernardus S. R.

1440 Eustachius Iustinianus Venet. Senator Romæ.

Imper. [illegible] Franciscus 4. Julius 2. Ernesti fil. Archidux Austriæ p. t.
Aug. Imp. 42 P. R. in Occidente tenet Ann. 53. Men. 7. D. 11.

1441 Paulus Imperialis Senator Romæ.

1442 Ludouicus Hieronimus S. R. Franciscus Salimbene S. R.

Concilium Basileæ absolutum fuit, & Ferrariæ inchoatum, quod in[illegible]
de propter pestem Florentiam translatum fuit, vbi inter cæte[illegible]

Græci,

Græci cum Latinis conuenerunt, & confessi sunt Spiritum Sanctum à Patre filioq; procedere, Vt in azimis consecratio fieri debeat, esse locum Purgatorij, & tandem quod Pont. Rom. sit Vicarius Christi Vicarius Petriq; successor legitimus, qui primum locum in Orbe obtineat, cuiq; tam Orientalis, quam Occidentalis Ecclesia parere debeat.

Abbas s. Antonij Vir Magnus apud Presbiterum Ioannem Etiopiæ Imperatorem Romam venit cum 12. Monacis suis, & lætissimæ à tota Vrbe acceptus fuit.

13 Petrus Conradi Senator Romæ.

14 . . . . De Campo Reali Sen. Romæ.
Martinus Riguardati S.R. Balthassar Reubati S.R.

15 Aranius Cybo s.R. Constantinus Salueti s.R.
Valentinus Vecchius s.R.
Imp. cæs. Constantinus 15. Paleol. Manuelis fil. p. f. Aug. Imper. 82. Orientis sedit Ann. 8.

16 Ioannes Flingerius senator Romæ.

17 Co. Michael Vixani senat. Romæ.
Ioannes Vitellescus Cornetanus Episc. Recanatensis Archiepisc. Florent. & Patriarcha Alexandrinus ab Eug. creatus Præfect. Vrbis, & Copiarum suarum Dux, conflixit cum exercitu Antonij Com. Pontaderæ, ipsumq; vicit cæpit, & necauit, & ita recuperauit Ecclesiæ Campaniam, ac inde Lauiniam, Ferrariam profectus S. R. E. Cardinalis creatus est, ideo aucta auctoritate Præfectum Vici, Vetrallæq; Dominum Fuliginatem dominio pulsos capitali supplicio affecit. Cum autem tanta potentia sibi ab Eugenio communicata fuisset vt spiritualibus tẽporalibusq; rebus S.R.E. præesset, in tantam superbiam, & arrogantiam venit, vt Romæ profectus in crudelitatem, & sæuitiam cuncta verteret, quare exosus Eugenio factus, euenit; Vt Antonius Ridius Patauinus Arcis Præfectus iussu Pontificis eum vi cæpit, & interfecit, ob cuius mortem vocarunt suæ Ecclesiæ.

Bartolomæus Zabarella ideo Archiepisc. Spalatensis Archiepiscoparum Florentiæ consecutus est maxima Florentiarum lætitia ob Pataui Cardinalis memoriam.

Eugenius autem relicta Florentia Romam venit, & cum maximo omnium applausu, & lætitia susceptus fuit.

S. Nicolaus Tolentinas Picenus Ord. Eremitarum s. Augustini ab Eug. Papa inter Sanctos relatus fuit.

Canonici Regulares pulsis Canonicis Celestinis ab Eug. 4. s. Ioannem Lateranum acquisiuerunt, à quo Canonici Lateranenses nuncupati fuere.

S. Bernardinus Senẽsis Obijt in Ciuitate Aquilæ regni Neapol. 1444.

Eugenius Papa ex Ordinationibus creauit card. 29.

1 Franciſcus Condulmerius Venetus Papæ fratris filius Proth. Apoſto Vice Camerarius Presb. card. s. Ceciliæ, inde s. Clementis S. R. E Camerarius, & Vice Cancellarius, & Epiſc. card. Portuenſis, & s. Rufinæ Patriarcha Conſtantinopolis Leg. Apoſtol.

2 Angelotus Tuſcus Roman. Epiſc. Caueaſis presb. card. tit. s. Marci.

3 Ioannes Vitelleſcus Cornetanus Proth. Apoſt. Epiſc. Recanatenſis poſtea Archiep. Florentinus Patriarcha Alexandriæ Marchi ęq; Anconitanæ Legatus presb. card. tit. s. Laurentij in Lucina.

4 Reginaldus de Caruare Gallus Ref. Apoſt. Archiep. Remenſis presb. card. s. Stephani in Monte Cælio.

5 Ioannes ex Comitibus Taliacatij Neapol. Archiep. Parent. presb. card. tit. Ss. Nerei, & Achilei Ep. card. Prænestinus.

6 Ioannes Kemp. Anglus Archiep. Cantuarienſes Primas Angliæ presb. card. s. Balbinæ.

7 Nicolaus de Acciapacio Surrentinus Archiep. Capuanus presb. card. s. Marcelli.

8 Ludou. de Bar Gallus Archiep. Rothomag. presb. card. Ss. 4. Coronatorum.

9 Iſidorus Theſſalonicenſis Conſtantinopolit. Archiep. Ruthenorum presb. cardin. Ss. Marçellini, & Petri inde Ep. card. Sabinus.

10 Georgius de Sanigono de Fliſco ex Louaniæ Comitibus Archiepiſc. Genuenſis presb. cardin. tit. s. Anaſtaſiæ.

11 Beſſarion Trapezuntius Græcus Archiepiſc. Nicenus presb. cardin. Ss. 12. Apoſt. poſt Epiſc. Tuſculanus. Fuit Linguis Græca, Latina, & Italica, peritiſſimus Philoſophus doctiſſimus, & S. R. E. benemeritus.

12 Gerardus Landrianus Mediolan. Ep. Comenſis presb. card. s. Mariæ Tranſtiberim.

13 Sligneus Oleſnicius Polonus Ep. Cracouiæ presb. card. Ss. Aquilæ, & Priſcæ.

14 Antonius Martini de Claribus Luſitan. Epiſc. Portug. presb. cardin. s. Chryſogoni.

15 Petrus Schovumbergus Germ. Ep. Auguſtæ presb. cardin. tit. s. Vitalis.

16 Ioannes Iuuenis Picardus Gallus I. V. D. Ep. Morinenſis presb. card. s. Laurentij in Lucina.

17 Dionyſius Agrienſis Hungarus Archiep. Strigon. presb. card. s. Cyriaci in Thermis.

18 D. Guilhelmus de Eſtouteuilla Normandus Archiep. Rothomag. presb. card. Ss. Siluestri, & Martini Ep. inde Portuenſ. & Oſtien. & Velitternus.

19 M. F. Ioannes de Turre cremata Hiſp. Ord. Præd. Theol. III. presb. card.

card. s. Sixti inde Ep. card. Sabinus. Vir Doctiſs. & Sanctitate inſignis, quare Fidei Defenſor appellatus erat, ſcripſit multos libros doctiſſimos, & obijt 1468.

20 Albertus de Albertis Florentinus Epiſc. Camerinenſis Diac. cardin. s. Euſtachij iuxta templum Agrippæ.

21 Ludouicus Mediarota ſeu Scarampus Patauinus Patriarcha Aquileiæ presb. cardin. s. Laurentij in Damaſo, poſtea Ep. card. Albanus, & S.R.E. Camerarius de quo infra dicimus.

22 Petrus Barbus Venetus Papæ ſororis filius Protn. Apoſt. Epiſc. Ceruienſis, & inde Patau. card. s. Mariæ Nouæ, poſtea presb. s. Marci & tandem Papa Paulus 2.

23 Alphonſus Borgia ex oppido Sauina Valentinus presb. cardin. SS. Quatuor Coronatorum demum Caliſtus 3. Papa.

24 Henricus de S. Aloyſio Mediol. Archiep. Mediolani presb. cardin. s. Clementis.

25 Tomas Lucanus Sergianenſis Theol. Epiſc. Bonon. presb. card. tit. s. Suſannæ demum Nicolaus 5. Papa.

26 Ioannes Siculus Meſſanenſis Monac. s. Iuſtinæ Patauij presb. card. s. Sabinæ.

27 Ioannes Carranguel Hiſpanus I. V. D. Epiſc. Placent. Diac. inde presb. demum Epiſc. card. Sabinus, & tandem Portuenſis, & s. Ruſinæ Obijt 1469.

28 Bartholomæus Zabarella Patauinus Franciſci Cardinalis Nepos I. V. D. Archiepiſcopus Florentinus Legatus Apoſtol. ad Reges Galliarum, & Hiſpaniarum, quos ad obbedientiam S.R.E. redegit quare ab Eug. 4. Card. electus fuit, ſed non publicatus, quia Romam vocatus ad purpuram in itinere morbo aggreſſus Obijt Sutri, & inde in patriam translatus ſub Patrui Mauſoleo ſepultus fuit, quare ibidem hoc Epitaphium legitur in pariete proximo.

Bartholomæo Zabarellę And. F. Archiep. Florent.
Sub Eug. 4. Maximis in Reipub. muneribus
Singulari cum laude perfuncto
Iuris prudentiæ, Religionis, Rerum geſtarum
Gloria Clariſſimo
Bonorum omnium ſuffragijs
Propenſaq; Summi Pontifici voluntate
Patrui Cardinalis purpuram
Iam illi Deferentibus importunæ interempto
Andreas Zabarella Ioannis Fil. Eques
Ad excitandam in poſteris
Tantæ virtutis emulationem
P. C.
Obijt Sutri An. Sal. MCCCCXLV.

29 Franciscus Lignamineus Patauinus Vir doctissimus Episc. F
sis, & inde Ferrariæ, Eug. 4. à secretis à quo Legatus ad Pr
missus, ob insignia merita Cardinalis electus dum erat
decorandus Obijt Romæ, & ibidem sepultus fuit,

Ludouicus Mediarota supradictus seu Scarāpus Patauinus n
ex nobili familia ab Arena vocata, doctus fuit in Philoso
Medicina, sed litteris relictis ad militiam se contulit, cu
plus quam toga tunc valerent. Post multas res gestas, &
militares cum gratiam Eugenij Papæ promeruerit, locum
Vitelleschi cardinalis, & Copiarum Ecclesiæ Præfecti à P
obtinuit, cum quibus in fauorem Reip. Florent. aduersus
num Ducis Mediolani militiæ Præfectum Etruiam vas
missus, tunc apud Anglare, Tusciæ Oppidum pugna cu
bus inita, Picininum adhuc Inuictum vicit, fregit, fugaui
hac victoria eodem tempore liberauit Sedem Apostol. à n
calamitate, Pontificem ab imminenti periculo, Vrbem à t
oppida ruraq; à maxima ruina, & Florentinos ab omnibu
nis; quare Eug. Papa ipsum Cardinalem creauit omnium
su, & adeo apud Eugenium valuit, vt ille hoc inscio nihil
Verum mortuo Eugenio Calistus 3. Papa eumdem cum mi
clesiæ in Hungariā missit contra Turcas, qui illos parua ma
Belgradum superauit sex millibus cæsis. Is campum Flor
ctum lapidibus strauit ornauitque, Ædes apud Basilicam
rentij in Damaso suo sumptu instruxit, Ductus aquarum i
uit. Cum autem ipse cognouisset periculum inesse Patriæ

lis ob Turcarum incurſiones, & quod Patriarchæ ſui ſucceſſores vires non habebant pro deffenſione illius regionis, cum Ser. Rep. Ven. conuenit de Fori Iulij ditione & compoſuit, vt dominium Patriæ Venetis manere debeat ecceptis Caſtris s. Viti, & s. Danielis quæ Patriarchæ eſſe debeant, cui etiam omni anno Veneti termille aureos ſoluere debeant, & à Turcis regionem deffendant; Præterea ipſemet Ludouicus cardin. fuit Veneta nobilitate donatus, & creatus Patritius Venetus. A. D. 1462. Ob. 1465.

elix 5. Antipapa à Concilio Baſilienſe creatus; nam Martinus 5. illud indixerat ex Synodi Conſt. decreto, & illuc miſerat Leg. Iulianum Cæſarinum cardin. prout etiam Eug. 4. ſucceſſor eundem Concilium confirmauit, & eundem card. illuc deſtinauit; ſed cum intelligeret quod in dicto Concilio agebatur tollere, & leuare multa Eccleſiæ priuilegia, reuocato ipſo Legato Concilium Ferrariam tranſtulit cum locum ipſum Græci elegiſſent pro agendis negotijs vtriuſq; Eccleſiæ; Præſides vero illius Synodi Eugenio obbedire noluerunt, ipſumq; immò citauerunt cum ſuis cardinalibus; Ipſe vero miſit Nicolaum Albergatum card. Leg. ſuum qui Ferrariæ Concilium indictum inchoaret, ſed poſt menſem orta ibidem peſte Eugenius coactus fuit eumdem Florentiam transferre, vbi conuenerunt Græci cum Latinis in articulis contentioſis inter ſe. Interim Baſileæ cum ſæpè citaſſent ad Concilium Eugenium, & ſuos cardinales, nec aliquis eorum accedere, nec mittere alium vellet; ipſum Eugenium tunc Concilio Florent. inſiſtentem damnauerunt, & Papatu priuarunt, & decreuerunt alium Pontificem eligere. Lecti ſunt itaque 36. Electores Germani, Galli, Hiſpani, Angli, &c. qui cum cardinale Arelatenſe Eugenij 4. acerrimo hoſte; Amadeum olim Sabaudiæ Ducem tunc in ſolitudine Ripaliæ vitam Eremiticam agentem Romanum Pontificem elegerunt, qui annuit, & Felix 5. appellari voluit, & ſedit in ſchiſmate contra Eugenium 4. & Nicolaum 5. Ann. 9. Men. 5. Dies 7. Imperatoribus Alberto 2. & Friderico 3. Auguſtis.

Concilio Baſilienſe annuente Felix creauit illico 4. cardinales, ſiue Antecardinales ante ſuam coronationem qui fuerunt.

Ludouicus Gallus Epiſcop. Lauſanenſis presb. Antecard.

Bartholomæus Italus Epiſcop. Nouarienſes presb. Antecard.

Vrbanus electus Epiſcop. Traiectenſis Germanus presb. Antecard.

Alphonſus Carriglius Hiſpanus Proth. Apoſt. Diac. card. s. Euſtachij.

Poſt ſuam Coronationem Felix creauit hos alios Antecardinales qui fuerunt.

Alexander filius Zimouiti Ducis Maſouiæ Patruus Regis Poloniæ Epiſc. Tridentinus, & Patr. Aquileienſis presb. Anticard. s. Laurentij in Damaſo.

6 Otho Hiſpanus Epiſc. Durtuſenſis presb. Antecard. s. Ludouicæ
7 Georgius Hiſpan. Epiſc. Vicenſis presb. Antecard. s. Anaſtaſiæ.
8 Franc. Gallus Epiſc. Gebennenſis presb. Antecard. s. Marcelli.
9 Bernardus Gallus Epiſc. Aquenſis presb. Antecardin. Ss. Nerei, Achillei.
10 Ioannes Germanus Epiſc. Argentorati presb. Anticard. s. Sixti.
11 Ioannes Grucumalter ex Ducibus Bauariæ Ep. Friſing. presb. An card. s. Martini.
12 Ioannes de Villa Vezzolla Segobienſis presb. Anticardin. s. Ma Tranſtiberim.
13 Dionyſius Gallus Ep. Pariſienſis Parr. Antiochenus presb. Card.
14 Amadeus Gallus Archiep. Lugdunenſis presb. Card.
15 Philippus Gallus Archiep. Turonenſis presb. Card.
16 Fr. Nicolaus Tudiſcus Caranenſis, Archiepiſcopus Panormitan I. V. D. ſapientiſſimus, & ſcriptor Canonum famoſiſſimus Abb vulgariter nuncupatus presb. Anticardinalis Obijt Panhormi A Domini 1445.
17 Ioannes ex domo Ducum Britanniæ Gallus Epiſc. Numurcen presb. Anticardinalis.
18 Ioannes Gallus Epiſc. Caſtrenſis presb. Anticardinalis.
19 Ioannes Arſius de Artus Gallus Archiep. Tarentaſienſis presb. A ticardinalis ſit Ss. Nerij, & Achilei, à Nicolao 5. Papa cardina confirmatus.
20 Ludouicus Portugallenſis Epiſc. Vicenſis presb. Anticardinalis.
21 Ludouico de Varambone Gallus Epiſc. Maurianenſis presb. An cardinalis à Nicolao 5. Papa cardinalis confirmatus.
22 Vincentius Polonus German. Archiepiſc. Gniſnenſis Primas Pol niæ presb. Antecard.
23 Guilhelmus Hugonis de Stagno Verdunenſis presb. Antecardi s. Sabinæ à Nicolao 5. Papa card. confirmatus.
24 Bartholomæus Vitelleſchus Epiſc. Cornetanus presb. Anticard. ti s. Marci ſed pileum recuſauit.

Mortuo Eug. 4. Papa, Felix 5. Antipapa precibus Friderici 3. Imp ratoris ſponte Pontificatu abdicauit, quare à Nicolao 5. Papa Epi card. Sabinus, & Collegij cardinalium Decanus perpetuuſq; to tius Germaniæ Legatus, & tres ſui Anticardinales legitimi S.R.E cardinales creati ſunt.

1447 Nicolaus 5. Papa 212. Thomas Lucanus Sargianenſis antea dictus Bartholomæi Medici filius ſedit Ann. 10. Diebus 19. Imperatore Frid. 3. Auguſto. Cum cerneret tunc totam Italiam ad arma v citari, anchoritatem ſuam interpoſuit, vt pax fieret, vt ſequent an no ad Iubileum omnibus liceret Romam venire.

1448 Tho

48 Thomas Monaldus dictus Spata in testa sen. Romæ.
Comes Marcus Vexani senator Romæ.
Angelus Gazera senator Romæ.
49 Boncambius Boncambius senator Romæ.
Amadeus Iustinus senator Romæ.
50 Andreas Donatus Eques, & Senator Venetus senator Romæ.
Fuit hoc anno Iubilæum Romæ cum immensa hominum multitudine ab omni parte Europæ concursa.
51 Laurentius Iustinus s. R. Nicolaus Porcinarius s. R.

Imperator Fridericus cum Sponsa sua Leonora filia Eduardi Regis Lusitaniæ Romam se contulit, & ibi à Nicolao 5. Papa coniuncti in matrimonium fuere, benedicti, & ambo aurea corona decorati magno S.P.Q.R. applausu & lætitia, inde Imperat. in Ponte s. Angeli quamplurimos Equites aureatos creauit, inter quos fuit etiam Co. Iacobus Zabarella Atauus meus, qui fuit etiam postea Comes S. R. I. cum posteris primogenitis creatus additis pulcherrimis priuilegijs, & iurisdictionibus.

2 Nicolaus Porcinarius senator Romæ.
3 Leo Ianuarius senator Romæ.

Ludouicus Vffredurius senator Romæ.

Constantinopolis, & Pera à Mehemete Magno Turcharum Rege captæ fuerunt, & Constantinus 15. Imperator occisus est. Quare Imperium Christianorum in Oriente esse desijt. Hoc autem euenit Die 4. kal. Iunij 1453. Die Martis ab illa Vrbe condita An. 1191.
Mehemetes Magnus Amuratis filius Othomanus, Turcarum Rex, & Amyras, Primus ex Turcis Orientis Imperator fedit Ann. 26. Men. 11. Dies 15.
